

Digitales Brandenburg

hosted by **Universitätsbibliothek Potsdam**

Georgii Adami Struvii jurisprudentia romano-germanica forensis ...

Struve, Georg Adam

Jenae, 1734

Liber IV. De ratione et modo ius suum persequendi in iudicio.

urn:nbn:de:kobv:517-vlib-7440

LIB. IV.

DE

RATIONE ET MODO IVS SVVM
PERSEQVENDI IN IVDICIO.

TIT. I.

DE

TRANSACTIONIBVS.

APHOR. I.

*Lites ali-
quando
transactio-
ne sopiun-
tur: quo la-
borandum
est iudici.*

*Transacti-
onis de-
scriptio.*

PRæmittemus tractationem de transactio-
nibus, cum sæpius lites vel extrajudiciali,
vel judiciali transactione componantur, imo
statim initio cœpti iudicii laborandum est
iudici, ut amicabiliter transigatur. add. CARPZ.
p. 1. c. 1. d. 10. 12. 13.

II. Est vero transactio rei dubiæ aut liti-
giosæ, aliquo dato vel retento vel promisso,
conventa decisio. *l. 1. l. 2. de transaction.
l. 38. C. eod.*

III. Cum per pactum seu contractum
transactio inearur, illi in genere sunt habiles
ad transigendum, qui ad paciscendum. add.
Lib. III. Tit. 1. tb. 10. & seqq. In specie
autem hic notes, quod procurator non pos-
sit transigere, *l. 7. C. de transact.* nisi 1.) spe-
ciali mandato sit instructus, *arg. l. 60. ff. de
l. 2. ff. t. 15. procurat.* vel 2.) ei sit libera bonorum admi-
nistratio commissa, *l. 58. & seq. de procurat.*

c. 4.

J. II. Transactio est decisio onerosa siue
non gratuita in re dubia per conventio-
nem facta.

+ Syndici quia tales non possunt non pos.
sunt transigere, nisi huius speciali pote.
state in syndicato sit instructus.

c. 4. eod. in p. l. 9. §. 4. d. a. r. d. vel 3.) fit *Qui possint*
i. e. cessionarius procurator in rem suam. arg. l. 17. §. f. de transigere.
 jurej. l. 13. §. 1. de pact. l. 55. de procurat.

+ Syndici quoque & administratores civitatum
 de re dubia civitatis liteque incerta transi-
 gendi potestatem habent. l. 12. C. de trans-
 act. l. 14. ff. d. pact. NIC. LOSSAEVS. d. iur.
 univ. l. 1. c. 3. n. 112. GAIL. 2. observ. 72.
 n. 11. Similiter tutores ob rei incertitudi-
 nem, & ubi de justitia pupillorum valde du-
 bitatur, transigere queunt, l. 54. §. fin. l. 56.
 §. 4. de furt. add. l. 46. §. f. de admin. tut.
 GAIL. I. obs. 72. PAUL. MONTAN. de iur. tut.
 c. 33. n. 291. CARPZ. 5. resp. 66. BRVNEM.
 in l. 2. C. de transaction. adhibito circa res
 aliquas decreto. vid. l. 22. C. de admin.
 tut.

IV. Objectum transactionis sunt res ob *Obiectum*
 litem, sive presentem sive instantem, vel a-*transactio-*
 lias dubias l. 1. de transact. l. 2. l. fin. C. eod. *nis.*
 Unde post rem judicatam aut litem jureju-
 rando decisam, transactioni non est locus:
 vid. arg. l. 7. pr. l. 11. de transact. l. 32.
 C. eod.

V. De controversiis vero ex testamento *Quomodo*
 aut codicillis orientibus specialiter cautum, *liceat trans-*
 ut non nisi inspectis & cognitis verbis testa- *igere i.) de*
 menti transigere liceat. l. 6. de transact. l. *controvers-*
 1. §. 1. quem. test. aper. add. GAIL. 2. *fiis ex testa-*
 139. num. 10. CARPZ. l. 6. T. 2. resp. 13. *mento;*

num. 1. *Et seqq.* ROL. a VALL. I. *conf.* 19.
IOH. a SAND. *dec. Fris. lib. 4. tit. 5. def.* 15.

2.) de ali-
mentis;

VI. Præterea de alimentis, ultima volunta-
te (quæ plenissimum debet habere exitum)
relictis, haut licet transigere nisi autore Præ-
tore. l. 8. pr. *Et §. seqq. ff. de transact.*
De alimentis tamen præteritis, h. e. ratione
præteriti temporis, quo præstanda fuissent,
de residuis transigi potest. l. 8. C. *eod.* Valet
quoque transactio de alimentis citra Prætoris
autoritatem, si alimentarii conditio non fiat
deterior. vid. d. l. 8. §. 6. pen. *Et ult. ff.*
Cæterum hæc de alimentis singularis disposi-
tio haut pertinet ad annuas pensiones, loco
dotalitii viduæ relictas. Richter. *ad. d. l. 8.*
n. 36.

3.) de caus-
is matri-
monialibus;

VII. Porro de causis matrimonialibus no-
tabis, quod conservandi matrimonii gratia
inita transactio sine dubio valeat: sed ad ma-
trimonium aut sponsalia, legitime contracta,
dissolvenda tendens transactio est prohibita.
c. fin. X. *de transaction.* nisi fiat ex causis
adulterii vel malitiosæ desertionis. add. BEUST
de matrimon. part. 1. cap. 29.

4.) de de-
lictis, &
quidem
privatis,

VIII. Denique circa delicta (*sc. admissa,*
quæ infecta fieri non possunt, non futura, de
quibus plane non licet transigere l. 27. §. 4.
de pactis) distingu. inter privata & publica.
De privato si civiliter agatur, transactio li-
cita est. l. 17. §. 1. *de pact.* l. 56. §. 4. d.
furt. l. 13. C. eod. ad hoc scil. ut, reus actio-
ne

J. VII. Favor alimentorum non pertinet ad
praeterita sed futura.

J. VIII-X. In delictis in genere propter
interesse privatum permessa est trans.
actio, neq. opus est distinguere ca.
sus olim distinctos, veluti inter
delicta privata, publica, capitalia
et non capitalia. Ergo nec mari.
to imputari potest lenocinium si
post adulterium^{ian} commissum trans.
actionis causa aliquid acceperit. Cautē


tamen verſandum eſt in eiq̄modi nego-
tijs, ne ad probaſſe delictum videatur
maritus; vid. Sulzberger in diſſ. de
lenocinio coniugum N 54. Inter eſſe
vero publicum, i. e. accuſatio et in-
quiſitio propter delictum ſemper ma-
net ſalua.


ne liberetur: non vero ut iste, si talis sit actio ex maleficio, ex qua damnatum sequatur infamia, notam infamiae effugiat. Qui enim praestito aliquo transigit post in jus vocationem, videtur confiteri in iudicio delictum, adeoque pro iudicato habetur, atque ita ex ipsa lege sequitur infamiae nota, etiam cum ante litem contestatam transactum est. l. 4. §. ult. l. 5. l. 6. §. 3. ff. de his, qui not. inf. l. 4. de iur. fisci. §. 2. in fin. l. de poen. tem. litig. l. ult. C. de gener. abolit. vid. HILLIGER. l. 18. cap. 8. BACH. c. 8. th. 9. lit. b. VINN. d. c. 4. n. ult. Quod si quis gratis paciscatur, aut pretio quidem sed Praetore auctore, non notatur. all. l. 6. §. 3. 4. VINN. d. l.

IX. De delictis publicis in iure Romano De publicis
 duae regulae habentur. l. 18. C. b. t. Prima sec. l. 18. C. d. transact. regula prima.
 est: De capitalibus (i. e. poenam sanguinis seu mortis ingerentibus, l. 18. C. b. t. l. 1. de bon. eor. qui ant. sent. l. ult. de præv. ARVM. disp. ad. d. l. 18. th. 24. Et seqq. IUL. PAC. in cand. l. n. 12.) Et ante Et post institutam accusationem pacisci Et transigere prohibitum non est. Admissa igitur est & pactio gratuita & transactio de omni delicto, cuius poena ultimum supplicium, etiam crimine laesae majest. vid. VINN. d. c. 7. n. 14. SCOTAN. D. 16. n. 9. scil. ut tam actori liceat, nec is incidat in poenam talionis aut S. C. Turpilliani, licet coeptam accusationem deserue-

rit, ac abolitionem non impetraverit. *arg. l. 13. §. f. ad. SCt. Turpill.* nec in crimen concussionis, licet ante coeptam accusationem pecunia accepta desistat; *l. 1. §. 3. de calumn.* SCOT. *d. D. 7. tb. 10.* quam reo, neque hic confiteri crimen intelligatur, sed ob dubium litis eventum, miserationis ratione, praesumatur potius periculo mortis territus, quam sceleris conscientia pecuniam dedisse. *l. 1. de bon. eor. qui ant. sent. VINN. c. 7. n. 1. & seqq.* Excipitur ab ista regula solum adulterium. *d. l. 18. C. d. transact. l. 10. C. ad. L. Iul. de adult. ANT. MATTH. l. 18. r. 18.* De hoc enim facta transactio seu pactio speciem quandam lenocinii praese fert; *add. l. un. §. 2. in f. C. de rapt. virg. l. 14. pr. ff. ad. L. I. de adult. FACH. l. 1. c. 8. DELRIO in d. l. 19. n. 24. & seqq.* gratuita tamen remissio valet. *l. 29. §. 2. ad L. Iul. de adult. ANT. MATTH. de crimin. lib. 18. tit. 16. n. 5.* Hodie vero etiam transactionem de adulterio concessam esse tradit. CARPZOV. *& alleg. prax. crim. p. 2. qu. 71. n. 31. 34.* *add. IOHAN. VALER. differ. 2.* Caeterum transactione de crimine publico, nullum avertitur praesudicium alii accusatori, qui non transigit, vel etiam Magistratui. *l. 5. §. ult. ad. L. Iul. de vi publ. vid. SANCHEZ. de matrim. l. 10. disp. 6. n. 13. HEIG. q. 21. n. 79. CARPZOV. prax. crim. p. 1. q. 148. & p. 2. quest. 80. num. 86. VINN. d. c. 7. n. 10. 11. 12.*

Hodiernus
usus.





X. Secunda Regula est : *De criminibus* Regula ^{secunda}
 (idem dicendum de delictis privatis, si crimi-
 naliter agatur. VINN. c. 7. n. 19.) *quæ san-*
guinis poenam non ingerunt, transigere &
pacisci non licet. Et quidem si post institu-
 tam accusationem transactum fuerit, reus pro
 convicto habetur : *l. ult. de prævaric.* ac-
 cusatori vero non licet citra falsi accusationem
 h. e. quin incidat in accusationem falsi & pœ-
 nam S^Ci Turpilliani *d. l. 18.* Si vero gra-
 tuita inita pactio, ea quidem etiam est inva-
 lida, & accusator remittens accusationem in-
 cidit in pœnam S^Ci ; *l. 1. §. 7. l. 6. ad. S^C.*
Turpill. sed reus, etiamsi post lit. contest.
 pactus est, non habetur pro convicto. *l. 4. de*
iur. fisc. VINN. *d. l. num. 6.* Cæterum ho-
 die etiam de his criminibus transactio licita : ^{Hodiernus}
 vid. IUL. CLAR. *rec. sent. §. fin. q. 58.* ibique ^{usus.}
 BAJARD. *in not. CHRISTIN. dec. Belgic. 159.*
vol. 1. CARPZOV. p. 3. 118. num. 17. neque
 enim ex ipsa rei natura huiusmodi transactio
 prohibita. vid. MOLIN. *d. I. §. I. tr. 3. D.*
47. n. 13. COVARR. var. resol. c. 10. n. 7.
 Magistratui tamen nec transactio de his deli-
 ctis obest, quo minus pœnam dictare possit.
 GAIL. *1. obs. 11. num. 18. COLER. p. 2. conf.*
3. n. 31. Aliquando autem transactio mi-
 nuit pœnam, scil. in iis delictis, ubi trans-
 actione damnum læso reparatur, ut si res furto
 ablata restituatur.

Effectus.
transactio-
nis.

XI. Effectus transactionis est, quod rebus lite dubiis & incertis finem imponat & tantam habeat firmitatem, ut juramento & rei judicatae comparetur. *l. 2. l. 31. d. jurejur. l. 20. C. de transact.* nec impenali rescripto, nec sub praetextu specierum & rerum aut instrumentorum postea repertorum, lites transactionibus sopitae resuscitari possint. *l. 16. l. 19. l. 29. C. de transaction. conf. l. 23. l. 28. C. eod.* Exc. 1.) si res quaedam dolo alicujus fuerint occultatae, ut *in l. 35. de pact. d. l. 19. C. de transact. l. 31. C. eod. 2.) si error, ^{facti, e.g. calculi} intervenerit d. l. 29. C. de transact.* Aliquando juramento firmata transactio, quam violans peculiaribus poenis notatur: vid. *l. 41. C. de transact. CARPZOV. pr. crim. p. 1. q. 46. num. 19.* Caeterum, si de certa lite transactum, ad alia transactio non extendenda. *l. 5. ff. d. transact. l. 31. C. eod.*

Transactio-
nis rescis-
sio.

XII. Retractatur tamen aliquando transactio 1.) mutuo consensu *l. 14. C. h. t. 2.)* si ex falsis instrumentis inita *l. pn. C. h. t. VINN. c. ult. n. 10. 3.)* ob errorem calculi, nisi super ipso errore calculi transactum aut judicatum *l. un. C. de error. calc. add. ESCOBAR. d. ration. cap. 41. MASCARD. conc. 259. HEESER. loc. com. d. rat. redd. SICARD. in d. t. RICHTER. ibid. 4.)* si per evidentem calumniam inani litis terrore expressa *l. 65. §. 1. de condict. indeb. arg. l. 8. §. 20. h. t. VINN. c. 4. n. 3.* Adversatur praeterea 5.) trans-

postea reperorum. Transactio aequipa-
ratur rei iudicatae, unde difficul-
ter propter documenta noviter re-
perta locus datur rescissioni in cau-
sis scilicet privatis, quod fecit in
causis publicis siue fiscalibus, ubi
propter documenta noviter reperta
semper impugnari potest, ^{a fisco} transactio
Falsa vero documenta ex capite doli
rumpunt transactionem, praeser-
tim si talia documenta sint, quae
causam dederunt transactioni, v.g.
si quis simulaverit posterius testa-
mentum et per illud ad transacti-
onem alterum permoverit: tunc
ex capite doli impugnatur transactio,
vid. Ludovici ad ff. h. t. §. 9.

Ad fin.) Transactiones in Saxonia propter
laesionem ultra dimidium impugnari
possunt, quoniam ille, qui laesus est
transactione, de hoc casu non sensis-
se censet. Alqui de quo non est cogita-
tum, ei nec est renunciatum. Icti ve-
ro Camerales apud Gailium et Mynsin-
ger negant propter talem laesionem
impugnari posse transactiones, quoniam
sibi imputare debet transigens, quod
tempore transactionis, ^{non satis} inquisiverit in
re de qua agitur

transactio dolus, propter quem exceptione, replicatione vel quandoque actione transactio infirmatur. *l. 4. l. 19. inf. C. b. t.* vid. RICHTER, *d. 87. num. 14. 15.* VINN. *d. c. ult. n. 14.* nisi de ipso dolo transactum. *d. l. 4.* Denique 6.) transactio rescindi posse ex *l. 2. C. de resc. vend.* plurimi affirmant. 1.) *per. l. 5. C. d. dol. iunct. l. 36. de V. O.* 2.) *l. 65. §. 1. de cond. indeb. verb. si evidens.* quam sententiam probamus, modo laesio ista manifeste appareat ac æstimari possit. Atque hæc affirmativa probatur Electori Augusto P. 2. *Const. 34.* vid. RICHTER. *p. 2. dec. 99. num. 54.* & *seqq.* ubi etiam afferuntur exceptiones. GAIL. 2. *observ. 70.* MYNSING. 1. *observ. 33.*

TIT. II.

DE IUDICIIS.

APHOR. I.

Iudicium late sumitur non modo pro no-
tione iudicium pedaneorum apud Romanos, *Iudicii de-*
sed etiam cognitione ipsius Magistratus. Est *scriptio.*
quæ legitima causæ controversæ tractatio, co-
ram Magistratu a partibus litigantibus institu-
ta, ut ejus sententialis determinetur. *l. 9. l.*
13. C. de iud. ARISTOT. dicit: *Iudicium est*
iuris & iniuria dijudicatio. 5. Eth. 10.

II. Constat omne iudicium 1.) personis *Quibus*
iudicium constituentibus; 2.) causa in judi- *constet iu-*
cium deducta; 3.) forma procedendi; & 4.) *dicium.*
fine: *de quo tit. XVIII.*

III.

*Iure communi non admittit
rescisio transactionis propter
laesionem ultra dimidium*

Personæ
constituen-
tes iudici-
um princi-
pales:

minus prin-
cipales.

III. Personæ principaliter iudicium con-
stituentes sunt actor, reus & iudex. l. 62.
de iudic. l. 13. §. 2. C. eod. Actoris vices
in processu inquisitorio ob publicam utilita-
tem supplet ipsa fama, seu vox publica, vel
ipsum commissum delictum reum quasi accu-
sat. add. BRUNNEM. *tr. de proc. inquis. c. 1.*
Minus principales personæ sunt advocati, pro-
curatores (qui mandato instructi sint necesse
est, conjunctæ tamen personæ præstita cau-
tione de rato admittuntur,) executores, it-
nuncii. add. BOURIC. *tr. de offic. Advoc.*

TIT. III.

DE ACTORE ET REO.

APHOR. I.

Actoris
descriptio.

Actor est, qui aliquid in iudicio petit,
seu qui ab aliquo sibi dari aliquid vel fieri
intendit, eumque citari desiderat, Germ.
Kläger: in criminalibus dicitur in specie ac-
cusator, *Anklager*. Cæterum in duplicibus
iudiciis, nim. fam. hercisc. comm. divid.
& fin. regund. ubi uterque litigatorum & pe-
tijt & se defendit, quis actor sit, quaeritur,
cum par utriusque causa videatur. Et Cajus
in l. 13. de iudic. dicit, eum actoris partes
obtinere, qui prior ad iudicium provo-
caverit. Quod si ambo provocaverint & dubi-
tetur, uter sit prior, is actor erit iudicandus,
quem fors definiat l. 14. *de iudic.*

Reus quis
dicatur.

II. Reus est, contra quem etiam invitum
lis seu actio in iudicio instituitur, Germ.
Beklag-

¶ III. Praeter Iudicem in iudiciis sunt
Vassesses seu scabini, qui in pro-
cesse civili non sunt necessitates, in
Criminalibus vero, postquam ad inqui-
sitionem specialem res venit, absolu-
te illorum praesentia requirit; vid.
Brammer in tr de scabinis: 2) Stet-
arii, qui iurant de rite consignandi
actibus iudicialibus. 3) Naricus iuratus,
qui expediendis et infirmuandis pro-
cessibus inferuit; vid. Ordinatio
Camerae Tit. 34.

§. 11. Remedia provocatoria sunt prae-
parationes ad causam principalem.
Vbi ergo actio principalis est institu-
enda, ibi quoque provocatio est propo-
nenda: Ergo in foro provocantis, non
provocati et quandoque per modum requi-
sitionis. Libera tamen manet electio
provocato, si provocans duplex habet
forum, vbi scilicet actionem principalem
instituire velit; vid. Berger in Ele-
ctis processus provocatori

Beklagter, & in specie in criminalibus Ange-
klagter, it. *peinlich Angeklagter*.

III. Ad agendum aut accusandum nemo *Ad agen-*
invitus cogitur. *l. un. C. ut nem. invit. ag. vel* *dum invi-*
accus. *tus nemo*

IV. Aliquando tamen quis ad agendum *cogitur.*
provocari potest 1.) per remedium ex *leg. Aliquando*
diffamari. 5. C. de ingen. manum. 2.) per *quis provo-*
remedium ex *l. si contendat. 28. de fidejuf. litem.*
for. vid. CARPZOV. 2. Resp. 34. § 64. FRIDER.

in proc. cum not. Nicol. His remediis im-
ploratur iudex, ut diffamanti vel aliud jus
prætendenti diem præfigat, intra quem diem
ad forum diffamati vel ejus, contra quem
aliquid præten dit, veniat, actionemque suam
ibi proponat & probet, exceptiones etiam
rei percipiat, aut ni faciat, ut æternum silen-
tium illi imponat. *vid. uber. dd. aut. Quod probe notandum.*

V. In utroque, actore scil. & reo, requiri- *Actor & re-*
tur, ut legitimam standi in iudicio habeat *us necesse*
personam. Stare vero in iudicio non potest *est habeant*
1.) servus, exceptis certis caussis. *vid. l. 53. § legitimam*
67. de judic. l. ult. C. qui leg. person. stand. standi in
in jud. hab. 2.) impuberes & minores vel iudicio.
furiosi, non nisi tutoris vel curatoris autori- *Impuberes,*
tate interveniente. Similiter & Iur. Saxon. *minores, it.*
fœminæ non comparere debent in iudicio *furiostuto-*
absque curatore ad litem. *l. 1. T. 28. apb. 4. risve auto-*

VI. Præterea sciendum, quod neque uxor *ritate opus*
pro marito, vel maritus pro uxore; neque fi- *habent;*
lius pro patre, vel pater pro filio sit conve-
nien-

*Hic notanda est exceptio
quod quis non habeat le-
gitimam in iudicio stan-
di personam.*

niendus. tot. tit. C. ne ux. pro marit. & tit. C. ne fil. pro pat.

& universi-
tates syndi-
co.

VII. Tandem de civitatibus & aliis uni-
versitatibus & collegis notandum, quod in
iudicio agere vel etiam defendere aliter se
non possint, quam per Syndicos, iudicialiter
constitutos consensu omnium, vel saltim ma-
ioris partis, omnibus tamen vocatis. l. 3. &
seq. quod. cuiusque univ. nom. vid. CARPZOV.
tit. 5. art. 4.

TIT. IV.

DE

IUDICE EIVSQVE IURISDICTIONE

APHOR. I.

*Iudicis de-
scriptio.*

Iudex olim apud Romanos in specie
dicebatur pedaneus. vid. tot. tit. C. de pe-
dan. iudic. Post veterem vero istum modum
sublatum iudex dicitur ipse Magistratus. l. 1.
de iurisdic. qui nim. causam cognoscit, &
legitimo processu observato sententiam pro-
fert. Requiritur vero in eo 1.) iurisdictio,
2.) ut sit competens, tit. 5. 3.) habitas.
tit. 6.

*In iudice
requiritur
1.) iurisdic-
tio, quæ
definitur.*

*L. 2. ff. r. 1.
Quædam
causæ di-
cuntur, sec.*

II. Iurisdictio iuxta LL. Roman. est po-
testas de civilibus ac privatis causis ius red-
dendi, iure Magistratus competens. l. 1. & l.
4. de offic. eius, cui mand. est. iur.

III. Diximus: iure Magistratus compe-
tens, h. e. inde competens, quod quis Magi-
stratus publice sit constitutus. Sunt enim
aliæ causæ, quæ specialiter conceduntur,
nim. 1.)

§ VII. In constituendo Syndico obser-
uanda est 1) convocatio omnium mem-
brorum universitatis, 2) praesentia
duarum universitatis partium $\frac{2}{3}$ etc.
3) Consensus maioris partis praesentis
A) Annectanda sunt Syndicati tuto-
ria et curatoria et postea Syndici
alios substituere possunt sub no-
mine actorum, qui conveniunt cum pro-
curatoribus: In foro autem ratione
nominis semper distinguunt a pro-
curatoribus.

J. IV. Propria iurisdictio est, quae im-
mediate a Principe est concessa, quam
habent Nobiles, Civitates, Academiae
et praefecti: Mandata delegat certis
personis, ut rōe aliorum exercent
iurisditionem; e. g. Sic Graviss. Sal.
for. leg. Bellarum, Sic Deputata
in Wormundinopoli leg. Jan. Käpfer
in Pöndau, ne scilicet totus Senatus occu-
pet huiusmodi negotiis particularibus.

J. V. Actus voluntariae iurisditionis
sunt tractus tutoris datus, hypothecae
confirmatio, consensus in alie-
nationem bonorum pupillariorum.
Hodie vero eiusmodi actus ad iudi-
cem ordinarium sunt adstricti. Ex-
cipiuntur vero infirmitates testam.

nim. 1.) tutoris datio 2.) cognitio ac interpositio decreti super prædiis minorum alienandis, 3.) cognitio super transactione de alimentis testamento relictis, 4.) legis actiones, quæ vocantur, scil. adoptio, manumissio, emancipatio &c. Dicuntur hæ causæ etiam a quibusdam jurisdictionis extraordinariæ, ita ut ea sit ordinaria jurisdictio, quæ in aph. præc. definitur.

IV. Dividitur jurisdictio 1.) in propriam & mandatam. Propria est, quam quis suo jure habet: (*ordentliche Richter*) mandata (*befohlene Richter*) vero est exercitium alienæ jurisdictionis. vid. *tot. tit. D. d. offic. ei. cui mand. est jur. conf. aph. ult. & pen. hujus tit. 4.*

V. Deinde 2.) dividitur jurisdictio in ordinariam & prorogatam. Ordinaria est, quæ supra definita: prorogata est, quæ venit ex consensu partium, Magistratum quendam proprio judice competente agnoscentium, qui alias ordinariam jurisdictionem in ipsas non habet; cujusmodi prorogationes hodie non admittuntur. GAIL. I. O. 40. PAURM. *d. Jurisd. l. 1. c. 25. num. 41.* FRANZK. I. *resol. 17. n. 95. 96.*

VI. Denique 3.) distinguitur jurisdictio in contentiosam & voluntariam. Illa exercetur etiam in invitos inter se litigantes: hæc in volentes juxta ipsorum petentium voluntatem *l. 2. de offic. Proconsul.* judex tamen ipse

Hh

bene

I. L. Romanas, jurisdictionis extraordinariæ.

Dividitur jurisdictionis 1.) in propriam & mandatam;

2.) in ordinariam & prorogatam;

3.) in contentiosam & voluntariam.

bene considerabit, quid circa ejusmodi negotia observandum. Spectant hodie huc donationis, ut & testamenti insinuatio; apertura testamenti; oblatio pecuniæ in judicio; confirmatio hypothecæ; add. HILLIG. l. 17. c. 8. lit. k. it. tutoris datio t. t. ff. d. tutor. & curat. dat. ab his. datio bonorum possessionis edictalis; t. t. C. qui admit. ad bon. poss. interpositio vel etiam denegatio decreti 1.) super transactione de alimentis testamento relictis; l. 8. pr. ff. de transact. 2.) super alienatione prædiorum minoris. l. 1. de reb. cor. qui sub tutel.

Mixti imperii descriptio.

VII. Quoniam vero jurisdictio sæpius in reluctantes & invitos exercetur, ideo aliqua coercitione opus est, quæ vocatur mixtum imperium: quod est potestas modice coercendi, cohærens jurisditioni ad eam tuendam, & jus redditum exequendum l. 1. §. 1. in fin. l. ult. §. f. de off. ej. cui mand. est j. Extantiora ad mixtum imperium pertinentia remedia sunt mulctæ dictio, pignoris capio, & corporis prehensio.

Meri imperii descriptio:

VIII. Ad criminales causas spectat merum imperium, quod est potestas gladii ad animadvertendum in facinorosos homines l. 3. de jurisd.

quod a speciali concessione olim dependebat.

IX. Dependebat merum imperium jur. Rom. a speciali concessione. d. l. 1. pr. de off. ei. cui mand. iur.

Hodiernus usus.

X. Hodierno usu jurisdictio residet quidem principaliter apud superiorem, sed exercetur

mentorum, depositio pecuniae et actus
maxime fionis, emancipationis et
quae extra territorium quoque coram
iudice incompetente fieri possunt.

J. VII. Mixtum imperium dicitur executio in
civilibus.

I. XIII. Quaenam autem cauae. Jurisdictiones
superior et inferior saepius in eodem
loco inter diversos iudices est distri-
buita, ubi plerumq; incipit criminalis,
bry. Duxen, Sin pñalul sind, vdrv un
font u. hōar gāsu. In leuioribq; ue-
ro delictis prima notio non solum pe-
nes iudicem inferiorem est, sed et pae-
na carceris, relegationis atq; multae
ab illo dictari potest. Quod si agitur
inter hos iudices de finibq; iurisdic-
tionis regendis: respiciendum est 1) pñal
Sin Reesse zuiffen Obvignitau 2)
Ordinationes provinciales sub titulo

cetur vel per Magistratus a superiori constitutos; vel per eos, in quos Principes jurisdictionem per investituram, vel similem concessionem transtulerunt, & quasi patrimonialem effecerunt. add. MOD. PISTOR. part. 4. qu. 169. ubi monet, patrem nobilem jurisdictionem (que alias ipsius feudo coheret) non habere in liberos suos, neque in uxorem

XI. Et significat hodie *Jurisdictio* jurisdictionem in genere potestatem de omnibus causis civilibus & criminalibus jus reddendi. *hodie generaliter & late accipitur; & dividitur in inferiorionem ac superiorem.*

XII. Atque ita late sumpta distinguitur in jurisdictionem inferiorem & superiorem. *Jurisdictio inferior (Erb-oder Nieder-Gerichte) est potestas a superiori concessa in causis civilibus, ut & minoribus delictis jus reddendi: jurisdictio vero superior (Ober-Gerichte, Hals-Gerichte, Peinl. Gerichte) est potestas jus reddendi, a superiori concessa, in causis criminalibus & delictis gravioribus.*

XIII. Quanam autem species jurisdictionis alicui competat, ex literis investiturarum & concessionum est perspiciendum. *Quanam autem causæ & actus ad inferiorem, vel ad superiorem pertineant jurisdictionem, potissimum ex usu & consuetudine desumendum est: quid regulariter obtineat, enarrat CARPZ. p. 3. pr. Crim. q. 109. n. 28. & 33. obs. nostr. Crim. cap. 1.* *Quanam concessa, unde cognoscatur. Qui actus pertineant ad superiorem vel inferiorem.*

XIV. Præterea hic notandum, quod *Judex alius* sit ordin. alius extraordinarius. *Ordinarius ju- est ordina-*

*rius, alius
extraordi-
narius.*

ad fix. §. XII. Hoc dicit commissoriale

*+ Arbitrator est, qui oc-
currit in contradicibg.*

*Arbitri de-
scriptio,
L. 4. ff. t. 8.
de receptis,
qui arbitri,
recept. ut
sent. dic.
& arbitra-
toris.*

dex dicitur, qui habet jurisdictionem propriam, proprio jure competentem, vel ex investitura & concessione, vel ex officio constitutam. Extraordinarius vero hodie dicitur, qui non jure suo, sed vel ex commissione Principis aut judicis ordinarii, vel ex electione & voluntate partium causæ cognitionem recipit. Ille dicitur delegatus vel commissarius: de cujus officio vid. *integr. tract. RUTGER. RULAND. de commissar. add. BERL. decis. 128. & decis. 129. & 133.*

XV. Arbitet est, qui de communi partium consensu judex constituitur certo compromisso, ut nimirum servato juris ordine, mediante laudo seu arbitrio, litem dirimat (*ein gewillkürter Richter*) add. *tot. tit. D. d. recept. qui arb.* Ab hoc differt arbitrator, qui, nulla juris solennitate attentata, controversias amice ex æquo & bono definit seu transigit. add. *SPEIDEL. in notab. lit. f. voc. Schiedsmänner. GAIL. 2. O. 150.*

TIT. V.

DE

FORO COMPETENTE.

APHOR. I.

*Fori com-
petentia
considera-
tur ratione
rei. Hic
forum ha-
bet commu-
ne 1. ratio-*

Fori competentia inter litigantes æstimatur ex persona rei, ita ut actor forum rei sequi cogatur. l. 2. C. de jurisdic. l. fin. C. ubi in rem act. Habet vero forum reus vel ex jure communi, vel ex privilegio. Forum commune sortitur reus 1.) ratione domicilii, 2.) con-

Von Oberr. u. Niederr. Gerichten u. vob
Jürgen yfford, sunt consulendae 3) ex
responso Scabinorum Lipsiensium apud
Carpl. loco alleg. est controversia de
decidenda; v. g. vob broun u. Slou
yfford, yfford zum Unterr. G.
vulten, vob Elß u. Blütensig
zum Oberr. Gerichten.

§. XV. Arbitrarius constituit compromis-
so, quod est pactum litigantium, quo
mediante arbitro ius cognoscendi
et decidendi tribuitur. Unde dicit:
Mox sibi vult den und den vob Kluf-
ter compromittent. Hic arbitrarius ser-
uat ordinem processus et publicat sen-
tentiam, quae dicit laudum et post
X dies sit res iudicata siue laudu
homologatum, ab equo et Aeyco

J. H. Die Römer balangtan sanna in foro on:
giris, wo so namlig gabofanu.

2.) contractus gesti, 3.) delicti, 4.) rei sitæ & 5.) ex continentia causæ.

II. Ratione domicilii convenitur reus coram iudice loci, in quo quis habitat eo animo, ut ibi perpetuo consistat. l. 7. C. de incol. l. 190. de V. S.

III. Notandum hic est, quod uxor sequitur domicilium mariti, & vidua etiam illud forum retineat. Similiter familia sequitur domicilium patrisfamilias, adeoque & filius familias sui patris, quamdiu scilicet sibi non constituit proprium domicilium.

IV. Si vero quis certum domicilium non habeat, potest conveniri, ubi reperitur. vide CARPZOV. l. 2. resp. 15. n. 12. Aliquando etiam locum habet edictalis citatio, si actor ignoret, ubi reus latitet. vid. GAIL. I. obs. 57. aut si bona alicubi habeat reus, ibi citatio affigi & a Magistratu illius loci curator bonorum, qui absentis defensionem suscipiat, constitui debet. CARPZOV. d. loc. aut etiam immisio in bona peti potest.

V. Isthoc forum est generale, ideoque cum aliis modis forum sortiendi concurrat, ac in arbitrio actoris est, sive in personam, sive in rem agat, velitne reum speciali quodam, verb. gr. rei sitæ, (de quo aph. 9.) an vero generali suo domicilii foro convenire: l. 19 §. f. d. judic. l. fin. C. ubi in rem. act. cap. 17. x. d. for. compet. uno tamen electo, & citato ad illud reo, non licet variare, propter præventionem. l. 30. de judic. GAIL. 2. O.

*) So lange sie namlif den
Wittibau. Durch nicht
wilt.

+ aut in foro originis

+ aut in foro originis

*Actiones reales institui qui-
dem possunt in foro domicili;
Prudentius vero est agere in fo-
ro rei sitae.*

II. n. 1. Remedium tamen ex *l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* tantum in loco hereditatis sitae institui posse volunt per *l. un. C. ubi de heredit. ag. ubi add. interp.*

II. Ratione contractus. VI. 2.) Ratione contractus cuius forum sortitur in loco, ubi ipse negotium cum alio celebravit; modo secundum hodiernos mores ibi reperiat. vid. CARPZOV. *d. l. 2. Resp. 29. & 30.*

Ratione rationum & administrationis quis in loco ejus gestae specialiter convenitur. VII. Peculiaris vero est ratio reddendarum rationem de negotiis administratis, ratione quorum quis in loco gestae administrationis convenitur, etiamsi ibi non reperiat. vid. *l. 1. C. ubi de ratioc. ag. BERLICH. dec. 273. CARPZOV. 2. Resp. 33. RICHTER. dec. 13. n. 21. IOH. HEESER. loc. com. iur. pract. d. ration. redd. loc. 5. n. 3. & seqq.* Imo nonnulli statuunt, solum in loco administrationis gestae ob rationes quem conveniendum esse, adeo ut in foro (alias generali, *aph. 5.*) domicili conventus, hoc exceptione fori incompetentis declinare possit per *d. l. 1. C. ubi d. ratiocin. l. 45. de iudic. FR. MUNN. de ESCOBAR. d. ration. c. 7. CARPZ. 2. Resp. 33.* a quibus tamen dissentiunt VULTEI. in l. 1. C. d. t. n. 9. CHRIST. decis. belgic. vol. 3. dec. 162. HEESER. d. l. n. 16. & seqq. conf. FRANZ. 2. Resol. 26.

III. Ratione delicti. VIII. 3.) Ratione delicti forum sortitur reus I.) ubi deliquit, & ibi processus contra eum institui potest, licet aufugerit; *tot. tit. C. ubi*

J. VI. ibi reperitur. Forum contractus
hodie non aliter est fundatum, nisi
reus sine contrahens tempore actionis
instituentiae adhuc reperiat in loco
contractus. Sufficit tamen cum ad
fuisse tempore primae citationis, quod
dicitur in *Einigungsflüchtig mousen*.
Et postmodum per requisitionem
iudicis ordinarii contra illum pro-
cedit: vel si postea citatus non com-
pareat, procedit contra illum in con-
tumaciam: *In pro so bald mög. n. ter-
min zu extrahiren ist, so bald der con-
trahent sich vor dem Ort bilden laßt.*

J. VII. dissentiant Vellej. Forum privile-
giatum ratione causae non potest de-
clinari pro lubitu, quod videmus in
exemplo parallelo de causis matri-
monialibus, ubi forum ecclesiasticum
ita fundatum est, ut nullum aliud
eligi possit, atque idem obtinet in foro

gestae administrationis ratione tu-
toris, ita ut pupillo non concedenda
sit electio ratione fori domicilii re-
spectu tutoris L. 1. Cod. de ratioc. agit.

C. ubi de crimin. ob privata tamen delicta hodie reus in loco delicti, nisi ibi deprehendatur, non potest conveniri. *Decis. Elect. noviss.* 89. add. *CARPZOV. d. l. 2. resp.* 27. 2.) ubi deprehenditur reus, licet nec ibi domicilium habeat, nec ibi commiserit. *d. l. 1. C. ubi de crim.* Neque hodie necessario remittendus est reus ad magistratum, ubi crimen est commissum; aliquando tamen vel ex gratificatione, datis tamen literis reversalibus, uti vocant, vel ex speciali conventionem remittitur. add. *RICHTER. decis.* 15.

IX. Porro 4.) forum sortitur reus, ubi res sita est, de cujus possessione aut proprietate agitur. *IV. Ratione rei sitae.* Locum ergo hoc forum habet solum in actionibus, quibus in rem agitur. add. *tot. tit. C. ubi in rem. act. l. un. C. ubi de poss.* Pertinet hoc forum non solum ad res immobiles, sed & mobiles; *d. l. fin. C. ubi in rem act.* & quidem secundum communem sententiam, licet res mobilis eo loco non sit permanentura: quo tamen casu, cautione praestita, res interim dimittitur. *SICHARD. in d. l. ult. C. ubi in rem. act. et arrestum imponit*

X. Notandum etiam hic, quod per impositionem arresti ejusmodi forum constituatur, licet ob debitum aliquod arrestum impetretur. vid. *MEV. tr. de Arrest. c. 15.* Arrestum etiam tribuit forum.

XI. Addimus & hoc, quod ex usu nonnullorum judiciorum simultanee investiti, etiam alibi degentes sint subjecti jurisdictioni domini. *Ratione si. mult. investituræ etiam forum*

n. 2) Alias convenit in foro domicilii.

quem forti
ri volunt.

mini feudi in causis feudum non concernenti-
bus. Similiter ex eadem consuetudine re-
ceptum est, ut vasalli, a quibus & juramentum
fidelitatis & juramentum subjectionis simul
exigitur, licet illi alibi domicilium habeant,
actionibus in personam possint coram illo do-
mino feudi conveniri. vid. CARPZ, *Lib. 6.*
Resp. 115. RICHTER. *consil. 1.*

*V. Ratione
continen-
tiæ causæ.
L. 11. ff. 1. 2.
de quib.
reb. ad
eund. jud.
eatur.*

XII. Tandem ratione continentia^æ coram
uno eodemque iudice tractantur causæ, quæ
alias sub diversis iudicibus tractandæ forent.
tot. tit. de quib. reb. ad eund. jud. eat. Ista
autem cohærentia sive continentia vel venit a
personis, adversus quas agitur, quando scil.
plures sunt rei ratione ejusdem causæ, diver-
sis jurisdictionibus subjecti; qui coram uno
iudice, eoque superiori omnium proxime
communi conveniri possunt: vel ex conditio-
ne & natura actionum, quæ instituuntur;
quando nimir. aut generales aut universales
sunt actiones, aut cognatæ, aut una alteri
principalis præjudicium affert, & tamen di-
versis iudicibus diversæ res sunt subjectæ; tunc
itidem supremus iudex, vel ad quem princi-
palis causa spectat, adiri potest. vid. PET. FRI-
DER. MINDAN. *tr. de proc. extrab. c. 3.*

*Forum pri-
vilegiatum
ratione
causarum.*

XIII. Forum privilegiatum seu singulare
competit reo vel ratione causarum, vel ratio-
ne personarum. Causæ privilegiatæ sunt 1.)
causæ spirituales & Ecclesiasticæ, quæ coram
iudice Ecclesiastico seu consistoriis sunt expe-
dien-
dien.

ad fin. S. XI. u. sine citat. by Verlust der Mitt.
Gulapfakt.

diendæ, c. 3. X. de jud. 2.) causæ feudales, de quorum foro legas Synt. nostr. Feud. cap. ult. 3.) causæ status, vid. tot. tit. C. ubi caus. stat. 4.) causæ fiscales. tot. tit. C. ubi fisc. caus. coram regimine, v. g. in causis monopoliorum

+ e. g. libertatis, servitutis,

XIV Ratione personarum forum est privilegiatum 1.) clericorum, qui coram iudice Ecclesiastico sunt conveniendi, *etiam in causis civilibus* *Ratione conditionis* *auth. statui. personarum.* C. de Episc. & cler. CARPZOV. Jurisp. *rum.* *Consist. l. 2. c. 10.* nisi ratione rei sitæ actio moveatur, GAIL. O. 39. num. 4. Quid obtineat in criminalibus causis, explicat CARPZOV. pr. Cr. p. 3. q. 110. num. 82. & seqq.

Scil. competit prima notio

2.) Professorum cum tota familia, & studiosorum, qui in academiis coram Rectore suo sunt conveniendi. *auth. habita. C. ne fil. pro pat.* 3.) Militum, qui subsunt Magistro militum l. 3. pr. de remil. l. 2. C. de off. mag. mil. 4.) Principum officialium in urbe quadam degentium. add. HEIG p. 2. qu. 211. & late MEV. ad jus Lubec. in quest. prelim. qu. 3. n. 30. & seqq. Pertinent huc Statuum Imperii primæ instantiæ, quas Aulregas vocant

XV. Cæterum iudex vel est superior, vel inferior: & quidem coram inferiore iudice suo quis conveniendus est, nec hoc prætermisso superior adeundus, cum privilegium, quod vocant, primæ instantiæ inverti aut averti possit nemini, c. pervenit. 39. C. 11. q. 1. Ordin. Camer. l. 2. t. 1. pr. tit. 5. §. und

soll sonst. § tit. 8. §. wo sich aber zwischen.
Recess Imper. d. A. 1654. §. bencken sollen.
 ne quidem per indirectum. vid. CARPZOV. l.
 2. resp. Elect. 17. IOH. GEORG. NICOL. Pro-
 cess. c. 20. Part. 1. Exceptio est 1.) in per-
 sonis miserabilibus, quibus reum statim coram
 iudice superiore convenire licet: l. un. C.
 qu. Imp int pup. vel vid. ubi add. BRUN-
 NEM. quam tamen legem in Cameræ iudicio
 non amplius observari tradit GAIL. 1. obs. 7. in
 Principum vero iudiciis adhuc vigere tradit
 CARPZOV. 2. resp. 19. Exc. 2.) casus denega-
 tæ vel protractæ iustitiæ; aut protelatae litis.
 Exc. 3.) casus, quo inferior iudex est suspectus.
 Exc. 4.) casus in l. un. C. si quis Imp. maledix.
 vid. NICOL. d. c. 20. add. CARPZOV. p. 1.
 prax. crim. q. 41. n. 18.

TIT. VI.

DE

IUDICIS HABILITATE.

APHOR. I.

*Causse, quæ
 reddunt ju-
 dicem inha-
 bilem seu
 suspectum*

Quamvis vero quis magistratus consti-
 tutus, atque inde habeat jurisdictionem; de
 qua tit. 4. nec non forum sit competens, de
 quo tit. præced tamen requiritur, ut etiam
 sit habilis iudex, seu non adsint causæ suspi-
 cionum, ob quas repudiari possit: eujusmo-
 di sunt 1.) si commodum vel incommodum
 ex causa ad iudicem pertineat. l. 17. de iudic.
 l. un. C. ne quis in sua causa iud. multo
 minus in propria causa iudicare ipsi permis-
 sum.

n. 1. in personis miserabilibus. Huc referuntur
1) propter aetatem pupilli, 2) propter
statum viduae, 3) diuturno morbo et
calamitate fatigati, quibus permittitur,
si agere velint contra alios, quod praetermittere possint inferiorem instantiam
et statim provocare ad supremum Principis iudicium. Non tamen semper est
prudenter propter difficultatem sententiae et propter defectum remedium,
nam, si in supremo iudicio sit renunciatum.

J. III. IV. Sufficit allegare causam suspi-
cionis qualitercumque et simul petere,
ut excipiens admittat ad iuramen-
tum, quod dicitur iuramentum perhor-
rescentiae, quod est quasi suppletori-
um, dicitur non nisi gloriabatur non san-
ctus salta, dicitur dicitur Nihilum dicitur. In-
vestigat unde videtur foris lab.
pau. Postea probata causa suspicionis,

sum. d. l. un. Nobiles tamen causas, ipsos & subditos eorum concernentes, coram officialibus & Scabinis suis tractare, & acta ad collegium Ictorum transmittere possunt. *Decis. Elector. noviss.* 38. & 39. *MODESTIN. PISTOR. part. 1. c. 7. n. 5.* *ZIEGLER. ad prax. Calvol. §. nobiles, concl. 1. num. 17. & 19.* *BERLICH. dec. 109.* *CARPZ. respons. Elect. 87. n. 22. 23.* 2.) Inimicitia c. 41. in f. x. d. appellat. l. 9. pr. de liber. caus. 3.) Singularis gratia, conjunctio & amicitia l. 10. de iurisdic. 4.) si iudex fuerit corruptus. add. *GAILIVS 1. obs. 33.* *MYNS. 3. obs. 63.*

Est observantia specialis.

II. Ob has & similes causas non solum *Ob has re-*
delegatus. l. 16. C. de iudic. sed etiam ordina- *cusari po-*
 rius iudex tanquam suspectus recusari potest. *test etiam*
 c. 61. c. 41. §. 1. X. de appellat. c. 39. X. *ordinarius*
 de offic. & potest. iud. deleg. add. l. 17. ff. *iudex.*
 de iudic. l. 9. d. lib. caus. d. l. 16. C. d.
 iudic. & auth. sequ. *GAILIVS 1. obs. 33. n. 1.*
ZANGER. de exception. part. 2. c. 4. num. 8.
CARPZOV. process. tit. 3. & tit. 4. num. 83.
 ceterum integrum collegium ut suspectum re-
 cusari non convenit. *GAIL. d. observ. 33. num.*
 4. *ZANG. dict. cap. 4. num. 17.*

III. Duplici vero modo de iudice suspecto *Sapius tunc*
 querulanti succurri solet: vel enim iudex su- *adjungitur*
 perior per commissarios causam tractari & *alius.*
 decidi jubet; vel suspecto quendam adjungit,
 qui simul causam cognoscat ac dirimat.

SICHARD.

SICHARD. *ad autb. si vero contigerit. C. b. t. n. 7.* COVARRUV. *pract. quest. cap. 26. n. 1. ubi testatur, hanc sententiam, quod scil. judici suspecto alius vir bonus adjungatur, esse communem totius orbis Christiani interpretationem.*

IV. *Causa suspicionis est probanda.* IV. *Causa suspicionis allegata probari debet.* GAILIVS *d. O. 33. n. 16.* REBUFF. *tit. d. recus. judic. art. 1. gloss. 5.* GILKEN. *d. l. 1. num. 13.* CARPZOV. *d. l. num. 92.*

TIT. VII.

DE

CAVSSA IN IVDICIUM DEDVCTA.

APHOR. I.


Judicium
1) *aliud est Ecclesiasticum, aliud seculare;*
& hoc vel civile vel criminale:
2) *aliud reale, aliud personale.*

Causa, quæ in iudicium deducitur vel est Ecclesiastica, vel secularis: hæc vel est civilis, vel criminalis. Unde iudicium in civile & criminale distinguitur.

II. Porro ratione causæ distinguitur iudicium in reale, quo actione ex jure in re descendente persequimur rem nostram a quocunque possessore; & personale, quod ex jure ad rem seu obligatione instituitur adversus personam quæ ex facto suo ad quid præstandum est obstricta. *l. 25. d. O. & A.* Aliquando hæc duo concurrunt, & simul ipsa res petitur, & præstationes personales exiguntur. §. 20. *Inst. de act.*

III. Reale iudicium iterum vel est petitorium, quo proprietates rei vel juris in re petitur; vel possessorium, quod intenditur de possessione

vel auocat causa ad Superiorem, vel
adiungit commissarij iudici ordi.
nario leuiter saltem suspecto et apud
ordinarium Iudicem remanet dire.
ctorium cause cum experis lites, vel
constituunt commissarii exclusi iu.
dice ordinario, atq. vnus in fauorem
alterij nominatq. per exceptionem
impugnari potest ab aduersario.



sione vel adipiscenda, vel retinenda, vel recuperanda.

IV. Hoc possessorium iterum dividitur in *hoc iterum ordinarium & summarium seu summarissimum.* Illud dicitur quo *ordinario juris processu* observato, super possessione, agitur: *antiqua et titulata summarium, aut summarium.* hoc appellatur, quo summarie causa possessionis cognoscitur, & quis interim possidere debeat, dirimitur, reservata ulteriori discussione ad iudicium ordinarium. vid. LUD. POSTH. tract. d. summar. possess. ANDR CLUD. in reb. quot. c. 1. add. Decis. Elect. noviss. 13.

Conf. Annot. ad §. 1. Tit. 37. Lib. II.

TIT. VIII.

DE

FORMA PROCEDENDI SEV IPSO ORDINE PROCEDENDI IN IUDICIO.

APHOR. I.

Forma iudicii consistit in processu, qui *Processus est* modus legitimus, in iudicio circa causam *descriptio;* in id deductam, a iudice & partibus, vitandæ confusionis gratia observandus. c. 1. de sent.

Et re jud. in 6. idq. sub poena nullitatis et desertionis.

II. Est autem processus alius civilis, alius *divisio:* criminalis. Processus civilis distinguitur hodie in ordinarium seu summarium, item executivum.

III. In modo procedendi ordinario hodierno consideranda 1.) veniunt illa, quæ iudicium præcedunt, 2.) quæ in ipso iudicio fiunt, 3.) quæ iudicium hoc finitum sequuntur: & quidem considerabimus 1.) iudicium *Modus procedendi ordinarius.* primæ *Iudicium.*

Prime & sec. instantia.

primæ instantiæ, cui opponitur judicium secundæ vel appellationis instantiæ. Dicitur vero instantia ab insistendo h. e. urgendo, & nihil aliud denotat, quam fervorem judicii, quod exercetur ob controversiam motam,

Aliud est absolvere ab instantia, aliud ab actione.

Germ. *ein Gerichtsstand*. Notabis etiam, differre inter se absolutionem ab instantia, & absolutionem ab actione: per illam namque petitio actoris nondum est exclusa omnino, sed potest denuo agere, refusus modo expensis; hæc vera ab ipsa causa reum absolvit add. CARPZOV. *in jurispr. Rom. Saxon. p. 1. c. 3. d. 16 n. 3. & seqq.* add. SPEIDEL. *in notab. voc. Instantia.*

Quæ præcedunt sunt vel substantialia iudicii, nimirum 1. supplicatio;

IV. Quæ præcedunt judicium, vel substantialia sunt, vel accidentalia. Ad substantialia pertinet I. supplicatio, qua scil. impetratur citatio, Germ. *das Klageschreiben*, cujus requisita sunt 1. ut, præmissa judicis honorifica compellatione, nomina & cognomina supplicantium, ut & reorum seu citandorum exprimantur; 2.) exponatur seu allegetur jus & factum, ejusmodi juri contrarium, a parte adversa adfertum & 3.) annectatur congruens factum, juri & causæ petitio, nobili judicis officio desuper implorato; add. SCHVVANM. l. 1. *proe. Cam. c. 1. num. 12.* & FRIDER. *in*

II. citatio; L. 2. ff. t. 4. de in ius vocando.

Proe. tit. 5. II. citatio, decreta a iudice, quæ in his consistit, 1.) in conceptione, in qua nimirum exprimitur nomen tum judicis necesse est, tum partium litigantium, actoris & rei, it.

absolutionem ab instantia. Instantia
(ab instare s. e. petere) denotat primo
iudicium formatum vel coram inferiore
vel superiore iudice, unde dicit instan-
tia prima a libello usq. ad sententiam
definitivam, et instantia appellatio-
nis coram Iudice Superiore: Porro
instantia significat terminum iudicia-
lem, unde si actor in termino praesti-
tuto non comparuerit, reus absolvit
ab instantia: Dersß. Dersß. Non Dersß.
Garult. Instanz zu subbinden, idq.
cum refusione expensarum. Si po-
stea non comparuerit actor, reg ab-
solvit ab actione et renunciat, Dersß
Blägers sinner Blöge Wohlweisig s. g.

I. V. realis nimirum. In criminalibus
locus est citationi reali, si quis per iu-
dicia proxime talia sit grauatq; usq;
ad litteras arrestatorias, quae contra
absentem habent locum, quoties con-
tra praesentem carceri locus est. In
causis civilibus requiritur lapsus bono-
rum, debitum liquidum et suspiciosu-
gae, nisi forte ex conuentione, v. g. in
cambialibus ad carcerem sine arrestum
personale se obligauerit.

Locus vero non habet. Edictalis citatio
est subsidiaria et fugillare videtur
famam. Hinc non adhibet, nisi quo-
ties privata citatio effectum habere
non possit, v. g. in civilibus propter con-
tumaciam, in matrimonialibus propter
malitiosam desertionem; in crimi-
nalibus quoties quis grauatq; est usque
ad carcerem, v. g. non mit. Dec. 3. in
sua nist zu volungu ist: ita in mili-
taribus desertores citantur per Trommel,
Pfeiffen et in matrimonialibus superaddi-
tur Das Abthun Von Der Entzäl.

it. caussa, (quæ, ut melius cognoscatur, exemplar supplicationis, additis præsertim in processu executivo documentis, communicatur reo,) locus & dies. 2.) in executione, quæ expeditur commissione judicis, insinuatione citationis & relatione nuntii de insinuata citatione.

V. Dividitur citatio in privatam & publicam: illa iterum vel est verbalis, vel realis, ^{hujus divi-} ^{lio.} Et quidem ista regulariter obtinet, & aph. præced. est descripta: hæc vero, realis nimirum, fit per capturam, vel etiam arrestum, & regulariter in civilibus non adhibetur. Publica est, quæ fit per edictum, foribus templorum & curiarum affixum, vel etiam ex suggestu publice prælectum; & quidem hodierno usu in tribus distinctis territoriis fieri solet, Locum vero non habet, si ad domum solitæ habitationis fieri possit, nisi specialibus solum casibus, nimirum 1.) si quis per se vel per alios quoquo modo efficiat, ne citatio ad se pervenire possit; 2.) quando locus, ubi quis citari debet, non est tutus; 3.) si citandus sit vagabundus, quo casu affigi debet edictum citatorium in illa civitate eove in loco, ubi solitus alias vagabundus conversari; 4.) si contradictor sit incertus & citentur omnes in genere, quorum interest: e. gr. creditores defuncti, si in diversis locis habitent, & incerti sint, possunt citari per edictum & publicam proclamationem, ut compareant coram omni-

um


*Citatio ad domum est, si ci-
tatio domestico cuicdam
actoris reiue insinuatur
Citatio ad faciem est, quæ
ipfi insinuatur.*

um superiore iudice ad eum effectum, ut creditum suum ibi proponant & deducant, vel ad videndum imponi ipsis perpetuum silentium; GAILIUS *d. observ. n. 7. 5.*) obtinet ratione incertitudinis contra creditores defuncti, ad videndum fieri inventarium juxta formam *l. scimus. ult. Cod. de jur. delib.* denique 6) in materia diffamationis possunt per edicta citari omnes, qui sua interesse putaverint. GAIL. *d. observ. § obser. 9.* ut & I. O. 57. & late CARPZOV. *in proc. tit. 7. art. 4.* it. SPEIDEL. *in notab. voc. Edictal. Citat.* adde etiam de singulari citatione in Camera recepta, proclamate nim. SCHVVANM. *Lib. 2. proc. Cam. c. 72 num. II.* WEHNER. *in obs. pract. voc. Ruffen.* Præterea hic notandum, si aliquando eveniat, ut citandus quis sit, qui sub alio iudice ordinario degit, quod tunc iudex ordinarius requirendus sit per literas subsidiales seu mutui compassus, ut vocant, ut sistat reum seu citatum. vid. CARPZOV. *d. tit. 7. art. 3.*

Aliquando
decernun-
tur man-
data;

VI. Ad supplicationem actoris in Camera aliquando decernuntur mandata, & quidem vel cum vel sine clausula: quæ in eo differunt, quod in illis subnectatur citatio ad allegandum causas, quare citatus existimet, se non teneri ad partitionem; in hisce vero subjungitur citatio ad docendam partitionem, vel ad audiendum, se in pœnas mandati violati incidisse. vid. PETR. FRIDER. *de mandat. l. 2. c. 55.*

Decerni



in quatuor casibus. Secundum processum
Iuris Communis supplicatio non semper
intendit citationem sed peti potest man-
datum, idq. in quibusdam casibus sine clau-
sula iustificatoria, scilicet ubi adest casus
damni irreparabilis, ubi periculum ad-
est in mora; item si ex documentis in-
dicialibus agatur, ubi statim imponitur neces-
sitas parandi, et terminus ad docendam
partitionem praestituit. Si vero in sup-
plicantis nondum sit liquidum, admit-
tuntur exceptiones, quod dicitur manda-
tum cum clausula. Sic appareat fur-
data esse exceptiones: postmodum man-
datum resolvitur in vim simplicis citati-
onis; vid. Moser in *Kräft. Hof. Rath.*
Proces. sub tit. *Von Mandaten. Proces.*

J. VIII. in articulatam. Articulatam libellam
est resolutio actionis in singulares propo-
sitiones, hanc in finem, ut distincte ap-
pareat de singulis facti circumstantiis,
v. g. *sagt Herrschaft so, daß 1000 R^r*
erborgt, so 2) Herrschaft so, daß 1000 R^r
erborgt, 3) Herrschaft so, daß
*er davon zinsen vorsehen; quem mo-
dum libellandi abrogarunt per *Recessum**

Decerni vero mandata cum clausula solent, sicubi supplicans pro se habeat jus commune, SCHVVAN. *lib. 2. proc. Cam. c. 15. FRIDER. tr. de interd. comm. 4.* & si causa non requirat altiore indagine: alias citationes & processus ordinarios iudex decernit. Mandata vero sine clausula decernuntur in quatuor casibus generalibus: de quibus *L. 2. Ord. Cam. tit. 23.* Committitur tamen etiam arbitrio iudicis, quibus casibus talia mandata possint decerni. SCHVVAN. *in obs. Cam. obs. 134. § 121.*

VII. In Curiis Saxonis ad exemplum mandatorum receptæ sunt potissimum in possessionis materia inhibitiones: quæ itidem vel cum vel sine clausula fiunt, prout res exigit. *vid. Ordin. Curiar. provinc. Saxon. inhibitiones.*

VIII. (III.) Libellus, qui hisce essentialibus absolvitur 1.) causa seu medio concludendi; 2.) facti, quod narratur, vel rei, quæ petitur, speciali significatione, nisi sit causa universalis, generalis aut alternativa; & 3.) petitione seu conclusione. Præterea etiam nomen iudicis, actoris & rei exprimendum est. Distinguitur libellus in articulatam & simplicem: ille in Camera & jur. comm. est receptus; hic vero in Saxonia. *III. libellus; eius divisio.*

IX. Porro sciendum, quod interdum reus conventus, in ipso litis exordio, vicissim coram eodem iudice conveniat istum actorem: & dicitur solet reconventio (*die Wiederklage.*) *Aliquando reus contra actorem instituit reconventio.*

Atque hæc quidem secundum processum juris comm. ordine simultaneo una cum conventionione tractatur: vid SCHVVANM. d. l. i. c. 69. verum jure Saxon. hæc in reconventionione sunt singularia 1.) quod non in quibuslibet causis obtineat, sed in causis connexis; 2.) quod post finitam omnino conventionem deum possit institui, *wenn die Conventions-Klage gantzlich durch würckliche Zahlung geendet und erörtert.* Aliquando tamen reus, ad solvendum condemnatus, potest pecuniam in judicio deponere, ac reconventionem instituere, si nimirum, ob probabiles causas se, non calumniae seu actoris vexandi gratia, depositionem prætere ducat, simulque libellum reconventionis offerat. *Ordin. process. judic. Elector. Saxon. tit. 6. §. Es ware denn.* CARPZOV. lib. 2. resp. Elect. 42. Tenetur vero reconventus in judicio, quo alterum convenit, comparere, licet alias forum ejus competens non sit, *wenn gleich Klager und nunmehr Wiederbeklagter sonst dafelbst zu stehen nicht schuldig ware.* F. S. Hof-Gerichts-Ordnung. cap. 23. vid. latius CARPZOV. Tit. 6. art. 3.

Vel accidentalialia,
nim. i.) contumacia,
eiusque accusatio.

X. Ad accidentalialia spectat 1.) contumacia, quam distinguunt in veram, quando quis ter, vel semel peremptorie, citatus per malitiam latitat; & præsumptam, quando sufficienter citatus emanet, licet absque malitia. Requiritur autem, ut accusetur contumacia, *dass die*

novissimam, quia videt species inqui-
sitionis, quae tamen ratio est inepta.
Cur enim toleramus articulos in pro-
batione? Ergo ratio genuina fuit in
Saxonia, quoniam ibidem litis conte-
statio specialis est introducta. Ergo
merito extra Saxoniam, ubi generalis
saltem est litis contestatio retineri
potuisset.

bis auf Ehehaften. Contumacia est deli-
ctum, quod committitur non comparendo
in iudicium. Delictum sequitur poe-
na: ergo rei contumacia in Saxonia
accusatur, quod habeat pro confessio
et convicto et condemnat simul in
expensas: Aut etiam in Saxonia con-
demnat usq; ad impedimenta legitima,
absq; tamen expensis, postea usq; ad ex-
secutionem cum omnib; expensis. Fre-
quentior tamen est prior modus, siquidem
si reus habetur pro confessio et convicto,
etiam condemnat in expensas litis.
Iure Communi si reus non compareat,
lis habetur pro negative contestata et
actor admittitur ad probandam actionem.

die Ungehorsams - Beschuldigung eingebracht werde. Hodie plerisque in locis tres distinctæ citationes fieri solent. Quodsi ergo actor in primo termino non comparuerit, accusata ejus contumacia reus ab instantia absolvitur, & ad refusionem expensarum actor condemnatur: nec ante auditur, quam expensas refundat, & præterea etiam cautionem tenetur præstare actor de lite prosequenda. Quodsi post litem contestatam actor sit contumax, eadem pœna obtinet, nisi causa jam sufficienter sit ventilata, & de ejus justitia jam constet judici; tunc potest vel pro actore, vel pro reo sententiam ferre. Si reus in primo termino fuerit contumax, & ejus contumacia fuerit accusata, condemnatur in expensas, & citatio denuo decernitur sub pœna contumaciæ. Si in secundo termino iterum non compareat, rursus condemnatur in expensas & citatio decernitur, adjuncta clausula, quod debeat legitima impedimenta allegare: *bey Straffe Ungehorsams bis auf Ehehafften.* Si vero iterum non comparuerit, nec impedimenta allegaverit, iterum condemnatur in expensas, & decernitur citatio in causis civilibus hac clausula addita: ut sub pœna executionis debeat comparere: *bey Straff Ungehorsams bis auf die Hülffe*, ac insequitur rei nec tunc comparentis condemnatio secundum petita libelli, & executio contra contumacem instituitur. add. CARPZOV. 3. resp.

27.28. *Et in processu tit. 8. artic. 3. NICOL. process. 34. Et 35.*

2.) *dilatio;* XI. Porro accidentale 2.) est dilatio, quæ
L. 2. ff. t. 12. de fer. & di- ultra quartam non solet concedi, & impetran-
lat. & div. da est ex justa causa. Quamquam autem sit
temp. justa causa, dependet ab arbitrio judicis. vid.
rot. tit. de dilat.

3.) *fatisdatio seu cautio.* XII. Sequitur 3.) *fatisdatio* seu cautio.
L. 2. ff. t. 8. Est autem *fatisdatio* in genere præstatio secu-
qui *fatisda-* ritatis, nomine eorum, quæ occasione judicii
re cogantur in dubium vocantur. l. 1. qui *fatisd. cog.*
vel iur. pro- Sunt vero tres species cautionis, nimirum 1.)
mitt. vel suæ quæ fit per nudam promissionem, ad quam
promiss. permittuntur illi, qui bona immobilia possi-
commit. dent; vid. l. 15. d. t. q. *fatisd. cog.* 2.) *fatis-*
datio per fidejussores, vel etiam hodie per
depositionem pignorum; 3.) promissio jura-
toria, quæ locum habet, si quis nec pignori-
bus nec fidejussoribus possit cautionem præ-
stare, & debet jurare 1.) se credere, non po-
tuisse invenire fidejussores idoneos, 2.) se fa-
cturum ea, quæ ipsi incumbunt. vid. GALLIUS.
2. O. 34. *ibique* GRAEV. CARPZ. p. 1. C. 5.
d. 9.

Guarandæ præstatio. XIII. Tenetur vero actor secundum hodi-
ernum usum, si nimirum in loco, ubi habitat,
non habet bona immobilia, cavere fidejusso-
ribus, vel etiam depositione pignoris, pro re-
conventionem & expensis. add. BERLICH. p. 1.
pract. Conclus. 20. Insuper jure Saxon. actor
guarandæ nomine cavere debet, nimirum nu-
da

NICOL.

, quæ
etran.
em fit
s.vid.

autio.
secu-
udicii
l. cog.
m 1.)
quam
possi-
fatis-
ie per
jura-
gnori-
præ-
n po-
se fa-
LIVS.
C. 5.

hodi-
bitat,
uffo-
ro re-
p. 1.
actor
n nu-
da

*J. XIII. Jure Romano semper reg. hodie vero
actor cauere cogitur.*

de rato. Extraneus pro actore vel res non
comparere potest, nisi mandato sit in-
structus. Ponas vero vitium aliquod emer-
gere in mandato: tunc cautio de rato est
utilissima pro conservando termino iu-
diciali, quod obtinet etiam intuitu per-
sonarum sanguine coniunctarum et li-
tis consortium, quod absq; mandato com-
parere possint, si modo cauerint de ra-
to, nota bene, si non occurrat actus
specialis mandati

da stipulatione : (*Mufs die Gewehr ange-
loben.*) Reum quod attinet, de jure civili
tenetur satisdare de judicio fisci, si nimirum
bona immobilia ibi non habeat. CARPZ. p. I.
C. 5. d. 30. Item si procuratorem constituat, L. 46. ff. t. 7
debet etiam satisdare judicatum solvi, sive ^{judicatum}
quod velit solvere judicatum. §. 4. I. de sa- ^{solvi.}
tisdat. cujusmodi cautio seu satisfactio solet
inferi mandatis. GAILIVS O. 46. n. 4. In foro Cautio de
vero Saxonico cautio a reo exigi non solet. rato.
CARPZ. d. l. d. 30. n. 4. Cæterum procura- L. 46. ff. t. 8.
tor actoris, si de ejus mandato constet, quod ^{Ratam rem}
actis sit insinuatum, de rato non cavet, & si ^{haberi &}
defectus quidam sit in mandato; vel dubium ^{de ratiha-}
quoddam occurrat, an negotium ipsi sit man- ^{bit.}
datum; item si persona conjuncta absque
mandato agat, cautio de rato præstari solet,
qua nimirum procurator actoris promittit,
dominum ratum habiturum, quod ipse gessit,
& deinde tenetur adhuc actis mandatum in-
sinuare. Similiter & rei procurator ejusmodi
casibus cavet de rato. WURMS. L. 1. obs. for.
tit. 10. obs. 3.

XIV. Denique 4.) præcedunt & judicium ^{4. excepti-}
exceptiones, cum primis dilatoriæ. Est vero ^{ones dila-}
exceptio exclusio ejus, quod ab actore inten- ^{toriæ.}
ditur. Dividitur in dilatoriam & peremto- ^{Exceptionis}
riam, de qua Tit. X. Dilatoria vero perti- ^{descriptio;}
net vel ad judicium ipsum, vel causam in ^{divisio.}
judicium deductam. Judicium quæ respici- ^{L. 44. ff. t. 1.}
unt exceptiones, concernunt vel ejus intrin- ^{de except.}
secas, ^{præscript.}
& præiud.

*Dilatoria
ratione iu-
dicis:*

seca, scil. I. personas id constituentes, nimirum iudicem, respectu cuius opponitur 1.) exceptio fori incompetentis *l. pen. ff. Et ult. C. de iudic. 2.)* exc. primæ instantiæ, vidde *tit. 5. aph. ult. 3.)* præventionis, quando nimir. quis citatur ad iudicem super ista lite, quæ jam coram alio cæpta. *l. 7. de iudic.* Dicitur lis præventa (*strictè loquendo*) tum respectu iudicis, cum quo alius concurrentem habet jurisdictionem, vel cum reus in e diver-
sis foris v. gr. *domicilii, rei sitæ, delicti* conveniri potest; *MONACH. pract. jud. p. 2. tit. d. prævention. cap. 4. num. 3.* tum respectu rei, quem actor in hoc iudicio prævenit, ut ille non possit ad aliud forum provocare, confer *l. 19. de iurisdic. DONELL. & HILLIG. l. 17. c. 18. lit. c. 4.)* litis pendentis, qua potissimum reus utitur, ne alio rursus iudicio conveniatur; *l. 30. de iudic. add. HILLIG. d. l. 5.)* iudicis suspecti; vid. *ZANNGER. tr. de except. p. 2. c. 4. 6.)* inhabilitatis *cap. 1. X. de except. ZANGER. d. l. c. 4. n. 27.*

*ratione per-
sonarum li-
tigantium;*

XV. Denique personas litigantes concernunt, easque vel principales, ut olim erat respectu actoris: exceptio non impetratæ veeniæ, quæ tamen hodie non obtinet; resp. rei: exceptio revocandi domum; *l. 2. §. 3. de iudic. c. ult. X. de for. comp.* resp. utriusque: exceptio cautionis, inhabilitatis, contumaciæ, iusti impedimenti: vid. *ZANG. d. tr. p. 2. cc. 8.*
vel earum procuratores, ut est exceptio ille-
gitima-

n. 6 Inter dilatorias eminent fori
declinatoriae, quae sunt exceptiones
Iudicem et forum concernentes, quae
non possunt cumulari cum reliquis ex-
ceptionibus dilatoriis. Quid enim oppo-
sit exceptione cautionis vel legiti-
mationis deficientis, si iudex plane
inhabilis sit vel incompetens; unde ple-
rumque ante primum terminum talis
modi exceptiones proponunt, daß
Allerdings an dem ordn. forum mit
sinnvoller Klage zu verurtheilt.

J. XIX. exceptio spoli. Haec exceptio est
aromata, i. e. in omnibus terminis iu-
dicialibus admittit non solum in cau-
sis conrexis sed et alienis, atq. petit:
Groß Br. so longt in der Haupt. Daus
soztüföföran nüst pfüldig so, bis dem
Spolio obfalf. Moßu gnyaban wöden.
Fingunt tamen saepig advocati spoli-
um, ubi nullum adest, prodilatandae
litis causa et postea renunciant huic
exceptioni, quasi re bene gesta, quod
specimen est artis rabulisticae, et
digna poena esset imponenda in casum
non praestitae probationis; vid. Grib-
ner in disp. de except. Spoli

gitimationis. §. fin. l. de except. l. 8. §. 2.
de proc. ZANGER. dict. l. cap. 8.

XVI. II. Modum procedendi, ut exceptio ^{ratione ma-}
inepti libelli seu generalis & obscuri; ZANGER. ^{di proce-}
cap. 14. sub & obreptionis, idem c. 16. in- ^{dendi;}
eptæ cumulationis. c. 19. *illegitimationis siue deficientis mandati.*

XVII. Vel sunt de extrinsecis iudicii ^{ratione}
circumstantiis, ut loci non tuti, aut tempo- ^{loci, tempo-}
ris angusti, item feriarum. ZANG. p. 2. c. 5. 6. ^{ris &c.}
Et seqq.

XIX. Ipsam causam in iudicium deductam ^{ratione}
concernunt exceptio plus petitionis §. 10. ^{ipsius causæ}
Instit. de except. §. 33. de action. exceptio ^{in iudicium}
pacti de non petendo intra certum tempus ^{deductæ.}
d. §. 10. d. except. it. exceptio moratoria,
Quinquennel, qua debitores rescripto Impe-
ratoris, aut Principis ad certum tempus con-
tra creditores se defendunt. l. 2. C. de prec.
Imper. offer. denique exceptio spoli, quam
spoliatus opponit isti, qui contra eum actio-
nem instituit, & ante spoliavit, ut ante omnia
restituatur: quæ exceptio est probanda intra
15. dies. c. 1. de rest. spol. in 6. add. CARPZ.
in proc. tit. 9. artic. 6. n. 3. pertinet etiam
huc exceptio excussionis, item laudationis.
ZANGER. d. l. P. 2. c. 2.

XIX. Hæ dilatoriæ exceptiones regulariter ^{Dilatoriæ}
ante litis ingressum & L. C. sunt opponendæ ^{regulariter}
& probandæ; l. pen. & ult. C. d. except. ^{ante lit.}
illæ vero dilatoriæ, quæ ipsam causam con- ^{cont. sunt}
cernunt, etiam post L. C. probari queunt. ^{opponendæ,}
^{exceptis iis,}
^{quæ ipsam}

*causam
concernunt;
it. excipi-
untur alii
casus.*

l. 19. C. de probat. Præterea sunt casus, quibus dilatoriæ etiam post L. C. opponuntur, nim. 1.) si post L. C. demum cœperint vel ad notitiam rei pervenerint *c. 4. x. d. except.* aut si gravamen successivum concernant, aut reddant iudicium retro nullum vid. *CARPZ. in proc. tit. 9. art. 1. n. 38. & 39. conf. COLER. ad. c. 2. de except. n. 1. CARPZOV. p. 1. C. 3. d. 12. n. 6. & 9.* Licet vero jure communi plures exceptiones, etiam diversas, successive opponere: *l. 5. l. 8. de except.* ast secundum mores plurimorum locorum exceptiones dilatoriæ omnes simul opponi debent. *CARPZ. d. loc. art. 1. n. 12. & art. 7. n. 12.*

TIT. IX.

DE

IIS, QUÆ FIUNT IN IUDICIO.

APHOR. I.

*Quæ fiunt
in iudicio
sunt itidem
substan-
tialia, vel
accidenta-
lia. Ad illa
pt.*

*I. Litis con-
testatio:
quæ dividi-
tur in affir-
mativam &
negativam;*

In ipso iudicio quæ fiunt, itidem vel substantialia sunt, vel accidentalia. Illiusmodi est litis contestatio, *die Krieges - Befestigung*, quæ consistit in actoris narratione & rei responsione. *l. un. C. d. Lit. Cont. l. 14. §. 1. C. de judic. c. un. x. d. lit. cont.*

II. Dividitur a parte rei in negativam, qua scil. reus intentionem actoris negat; & affirmativam, qua quidem eam fatetur, sed tamen addit exceptiones. Aliquando etiam, ob contumaciam rei non respondentis, lis pro affirmative contestata habetur. Si namque reus frustraneis exceptionibus litis contesta-

tionem

J. II. Facta sunt vel propria vel aliena.
In propriis factis categorice responder.
dum est vel adfirmando vel negando:
in factis vero alienis, v. g. ob Dolgung.
faus Votum Zinsu Vrosproufen, suffi.
cit respondere nesciendo, it. dicitur
dicitur gläubt xx Adfirmatiuae li.
tis contestationi annectunt perem.
toriae exceptiones, unde parum nocet
confiteri omnia facta libelli, si modo
adfit praegrans exceptio peremptoria,

v. c. remissionis, quod notandum est con-
tra prurimum Aduscatorum, qui om-
nia temere negant.

J. IV. In Saxonia propter litis contesta-
tionem specialem non opus est positio-
nibus, quoniam specialis responsio ad
libellum satis format statum contro-
versiae, ita ut Iudex perspicere possit,
cui imponenda sit probatio. Extra
Saxoniam vero generalis litis contesta-
tione utuntur: Bull. regium die Alagon
iuris scripti u. rvinnot excipiendop
Ne ergo actor nimia probatione gra-
uetur per hanc litis contestationem
generalem: hinc introductae sunt
positiones, quae ex visceribus libelli desu-
munt et reus sub fide iuramenti distin-
cte respondere tenet, atq; hac rat. multa
parola in clarescunt, quae antea opus
habebant probatione; vid. Arum in
diss. de interrogat. in iure faciendis.

tionem declinare vel saltem protrahere intendat, actor accusat ejus contumaciam, & pro re nata petit, ut citetur reus sub pœna contumaciæ; de qua supra dictum; vel quod lis pro contestata debeat haberi.

III. Porro distinguitur litis contestatio in generalem & specialem. Generalis est, qua non repetuntur singula libelli membra, sed in genere solum respondetur, & solet aliquando dici implicita, si v. gr. reus narrata, prout narrantur, & petita, prout petuntur, negat: quæ in plerisque judiciis non solet admitti. Specialis est, qua explicite & sigillate ad singula actoris narrata & contenta respondetur.

IV. Exhibentur autem secundum jus comm. hodie in Camera & alibi receptæ, præter libellum, positiones ab actore, mediante juramento dandorum, uti vocant, quas sequitur rei responsio, mediante juramento respondendorum. *c. un. X. de Lit. Cont. Ord. Cam. p. 3. tit. 15. GAIL. I. O. 81. & 82. CARPZOV. p. 1. C. 10. d. 4. & 3.* Iure vero seu in foro Saxon. hæ positiones & responsiones non sunt in usu, sed reus respondere debet libello, & quidem speciatim ad omnia libelli capita sine juramenti præstatione.

V. Aliquando vero ad quasdam positiones vel membra libelli reus respondet affirmative, ad quasdam vero positiones vel membra alia negative.

it in generalem & specialem.

Sec. ius commune exhibentur positiones

Reus aliquando pro parte affirmative, pro parte negative respondet.

TIT. X.

DE


EXCEPTIONIBVS PEREMPTORIIS.

APHOR. I.

Exceptiones peremptoriae describuntur. Agendum etiam hic est de exceptionibus peremptoriis; (vid. Tit. VIII. apb. 15.) quae semper agentibus obstant & semper rem s. causam, de qua agitur, perimunt. §. 9. I. de except. l. 3. ff. eod.

Peremptoriae vel nascuntur cum ipso negotio, II. Peremptorias hasce distinguunt, quod vel statim cum ipso negotio nascantur & existant, ut 1.) exceptio doli, quae vel est generalis, competens, quando in genere contra aequitatem naturalem quid petitur; l. 4. §. 12. §. pen. l. f. pr. l. 12. d. dol. mal. exc. l. 36. d. V. O. vel specialis, quae datur, quando in specie quid dolose gestum est. l. 2. §. 4. l. 4. pr. §. 33. de dol. mal. exc. ZANG. 3. cap. 11. n. 4. est haec exceptio doli aliquando subsidiaria, exc. in factum l. 4. §. 16. eod. ZANG. d. c. n. 50. 2.) exc. metus, quae etiam tertio objici potest. l. 4. §. pen. d. dol. mal. §. met. exc. Id. d. c. n. 38. 3.) erroris §. I. Institut. d. except. l. 57. d. O. §. A. 4.) non num. pecuniae, tum, quae datur creditori. l. 14. §. 2. C. de non numer. pec. tum, quae debitori. l. 14. C. eod. it. non numeratae dotis, tit. C. d. dot. caut. non num. 5.) exc. S. C. i. Macedon. 6.) Vellejani, 7.) minorennitatis, l. 7. d. exc. Huc etiam referimus 8.) exc. excussionis, quat. peri-

I II. Artificiam inveniendi peremptorias
exceptiones non solum consistit in exem-
plis, sed I) inspiciendus est titulus ge-
neralis, quibus modis tollitur obligatio,
unde oriuntur exceptiones solutionis, com-
pensationis, transactionis, remissionis
II) ex natura actionis institutae locum
habet exceptio specialis, et inquiren-
dum est 1) quis agat, 2) contra quem
et ad quid agatur; v. g. locator petit
mercedem à conductore, ubi locus est
exceptioni periclitatis, remissionis ta-
citae, in dnm dca Vrapouster ou stat
150 v. 3. Insuper notandum est 120
arguuntur. Huicmodi meditatio
specialem admodum promouet Vigelig
in methodo iuris, neq. contemnendus est
Rothberg in specim. ^{actionum et} exceptionum.



perimit actionem fidejussoriam, qu. reus principalis solvendo existit; ac inde etiam post litem contestatam opponi potest. COLER. *de proc. execut. c. 1. n. 117.* BERL. *l. c. 18. n. 81.* CARPZ. *proc. t. 9. art. 7. n. 39. & 9.)* exc. divisionis BART. *in l. 10. de fideius. GIPH. in l. 13. C. eod. ZANGER. l. 3. c. 19. n. 13.* PEREZ. *in C. de Excep. n. 33.* vel post negotium oriantur; ut 1.) exc. rei venditæ, *tit. de exc. r. v. & trad. 2.)* pretii non soluti *l. 13. §. 8. de act. emt. 3.)* exc. pacti de non petendo in perpetuum, *l. 7. §. 8. de pact. §. 3. I. d. exc. 4.)* jurisjurandi, *§. 4. b. l. 15. eod. 5.)* rei judicatæ, *t. d. exc. rei iud. 6.)* transactionis, *7.)* præscriptionis, *t. t. de div. & temp. præscript. 8.)* rei litigiosæ. *vid. t. t. de litig.*

III. Hæ exceptiones peremptoriæ tam ante, quam post litem contestationem opponuntur. *l. 4. 8. 9. C. de exc. l. 2. C. sent. resc. non. poss. c. 1. de lit. cont. in 6.* probantur autem post litem contestatam. Sunt vero nonnullæ privilegiatæ, quæ ad excludendam litem contestationem & ipsum processum finiendum in ipso litem ingressu proponuntur & statim probandæ sunt, ut exc. rei judicatæ, præscriptionis, solutionis, actionis non competentis & aliæ, quæ in continente probari queunt. *vid. ROSBACH. prax. civ. l. 43. CARPZOV. proc. t. 9. artic. 7. n. 15. NICOL. process. c. 31.* Quædam etiam post sententiam, ad impediendam

dam executionem admittuntur, v. gr. exc. solutionis; SCti Vellej. Macedon. l. 11. de SCto Mac. exc. non num. pecun. exceptio divisionis, conpensationis. vid. GAIL. 1. O. 17. n. 9. COLER. de proc. exc. p. 4. c. 1. CARPZOV. tractat. d. reb. contr. sent. præiud. CARPZOV. d. l.

IV. Exceptioni actor opponit replicationem; l. 2. §. 2. b. l. 3. C. cod. t. t. I. de replicat. huic reus iterum respondet per duplicationem §. 1. de replicat. & actor huic vicissim per triplicationem; §. 2. d. t. & huic ulterius opponitur quadruplicatio. l. 1. §. 3. b. §. 3. I. d. t. add. Ord. Cam. l. 3. t. 29. §. wo aber. Const. Elect. l. 2. c. 28. Excipitur jurisjurandi & doli exceptio, contra quas replicatio non admittitur. l. 15. b. l. 4. §. 13. d. dol. mal. & met. except.

TIT. XI.

DE

PROBATIONE.

APHOR. I.

II. Probatio.

L. 22. ff. t. 3. de probat. & præsumt.

Litem contestatam, & objectas aliquando exceptiones peremptorias, sequitur injuncta a iudice probatio, nim. si reus litem negative contestetur, vel saltem in quibusdam capitulis negative contestetur; & tunc actori incumbit probatio: si vero affirmative reus litem contestetur, addatque forte exceptionem, tunc reo incumbit probatio exceptionis.

II. Pro-

IV. visceribus libelli. Non solum ex libello
et eius factis desumuntur articuli ab acto,
reformandi sed etiam ex replicis contra
exceptiones peremptorias: unde articuli
sunt probatoriales in genere, emissivi in
specie; v. g. in actione locati obstat except.
sterilitatis, contra quam actor replicat
prioris annos fuisse vberes, unde oritur
articulus: *was für, dass die Novige Joseph
die beste Zeit und höchst gut ge-
we-; was für also, dass das letzte Jahr
in Aufzucht des Misserichts mit dem
Novigen zusammengekommen werden
müssen; was für das Ende wegen des
letzten Jahres davon remiss praeter-
diren müssen. Dieser articulus ist iuris*

II. Probatio est actus judicialis, quo per *Ejus de-*
media idonea argumenta de facto aliquo, de quo *in scriptio.*
 iudicio controversia est, iudici fit fides.

III. Argumenta distingui solent in *ἐν τεχνῶν* *Argumenta*
 seu artificialia, & *ἀτεχνῶν* seu inartificialia. *alia sunt*
 Artificialia dicuntur, quæ arte & industria pro- *artificialia:*
 bantis, ex ipsa causa ejusque circumstantiis
 deducuntur: suntque vel necessaria, ut ex
 principiis physicis desumpta & facto applicata;
 vel probabilia, ex quibus oritur præsumptio.

IV. Inartificialia sunt, quæ ad fidem fa- *alia inar-*
 ciendam extrinsecus assumuntur, ut 1.) in- *tificialia.*
 strumenta, 2.) testes; de quibus antequam
 in specie agatur, de objecto & forma proban-
 di quædam erunt præmittenda.

V. Probandum id venit, quod asseritur in *Probatur*
 iudicio & proponitur, & quidem non jus, sed *factum,*
 factum. Et quidem forma probationis ita
 se habet 1.) ut id, quod probandum, inclu-
 datur articulis probatoriis, (*Beweis-Articul*)
 qui debent ex narratis seu *visceribus libelli de-*
 promi; & sint perspicui, non captiosi, & *suc-*
 cincti opus est, 2.) ut fiant post litem conte-
 statam, 3.) parte citata, 4.) intra terminum
 a iudice præfixum, qui jure Saxon. est termi-
 nus Saxonicus, (*eine Sachsische-Frist.*) Suf-
 ficit autem intra istum terminum articulos ex-
 hiberi, & si per instrumenta fiat probatio, si-
 mul descripta ex authenticis exemplaria sunt
 exhibenda. Deinde certus terminus præfigitur,
 quo testes examinantur, uti mox dicemus, vel
 instru-

+ qui dicitur terminus proba-
 tionis

Fatali non
observato,
probandi
facultas a-
mittitur.

Aliquando
probatio
admittitur
ad perpe-
tuam rei
memoriam.

Instrumen-
ti descri-
ptio.
L. 22. ff. t. 4.
de fid. in-
strum. &
amiff. co-
rum.
Distinctio

Instrumen-
ti publici
auctoritas

instrumenta recognoscuntur a parte adversa.

Quod si intra terminum Sax. ne quidem arti-
culi exhibeantur, nec dilatio impetrata fuerit
intra istum terminum a iudice, altera parte
contumaciam accusante non amplius quis
admittitur ad probandum.

VI. Diximus inter alia, quod post litem
contestatam fiat probatio. Notandum vero
est, quod etiam aliquando ante litem conte-
statam admittatur probatio, quæ vocatur ad
perpetuam rei memoriam; si nim. testes sint
senes, vel ejusmodi periculum subsit, quod
facile quis probatione excidere possit, si litis
contestatio forte proteletur.

VII. Instrumentum est scriptura, ad rerum
gestarum fidem comprobendam confecta: *L. 1.
de fid. instrum.* estque vel publicum, vel pri-
vatum. Illud est solennis scriptura, publica
autoritate confirmata; hoc vero absque solen-
nitate peculiari in causa propria a persona
privata conficitur. add. NICOL. de PASSER, a
Genoa *tr. de priv. script.*

VIII. Instrumentum publicum vel ipsa ju-
diciali auctoritate est munitum, vel per nota-
rium est confectum: cujus forma describitur
in constit. Maximil. *vom Unterricht der No-
tarien* d. Anno 1512. Hujusmodi publica
instrumenta plenam merentur fidem, quod
intelligendum de ipsis authenticis seu origi-
nalibus non exemplis, (*Copey*); aliquando ta-
men virtute authentici exemplum probat,
quan-

und dilatatus; vid. Berger in dispe
artialis emissio

J. VIII. non exemplis. Regulariter origina-
lia documenta sunt producenda, nisi
copiae factae sunt auctoritate Iudicis
vel Notarii, quae dicit transumptio,
ad cuius effectum plenissimum requirit
citatis aduersae partis ad videndum
describi siue exemplificari: atq; tunc
non solum virtutes sed et vitia docu-
menti sunt annotanda, atq; tunc habet
effectum originalis; vid. Capit. ult. X.
de fide instrumentorum.

S.X. comparitioni. Producta documen-
ta sunt vel recognoscenda vel difiter-
la. Ad impediendam defensionem duo
ad sunt remedia 1) recognitio per testē,
unum solus Zügnu der sünd, die tem-
pore subscriptionis zügnu ywurden,
oder yfürat siben, der B der concipi-
ent sig deru belant sibt. Tunc enim
producty non admittit iuramentum, 2)
per comparationem litterarum sive per
similem scripturam, quod medium ta-
men est fallax; vid. Nov. 73. Cap. 1. et
Aryk in praxi forensi Cap. 9. §. 12.

quando nimirum omnino certum est, hoc ex illo transumptum esse.

IX. Privata scriptura contra scribentem solum probat, seu contra eum, qui subscripsit, aut sigillavit suo nomine: non vero probat pro scribente. De mercatorum libris specialiter notandum, quod hi legitime confecti, consignatis scilicet datis & acceptis, adscripto die & anno, etiam expressa causa debendi, ab integræ fidei homine seu mercatore seu ejus institore conscripti, semiplenam hodiernis moribus faciant probationem & juramento confirmari soleant. add. CARPZOV. 3. *Resp.* 58. § 122.

X. Producentur instrumenta regulariter litte contestata, ut supra monitum: nonnunquam etiam post conclusionem, si noviter reperta sint. add. CARPZOV. p. 1. C. 12. GAIL. 1. *obs.* 101. COLER. *decis.* 121. Producta instrumenta in judicio v. gr. ab actore, sunt a reo, termino præfixo, vel recognoscenda, vel jurato diffitenda. Aliquando etiam locus est comparationi literarum, vid. l. 20. C. de *fid. instrum.* vel per testes, qui scriptioni adfuerunt, cujus manu quid sit scriptum, probatur.

XI. Notabis hic, quod actor instrumenta teneatur edere reo, non solum illa, quibus est contra reum usus, sed etiam, quæ reo ad excipiendum profunt, l. 1. l. 5. l. 8. C. de *edend.* adeo ut etiam rationes publicæ sint de edendo.

*Privata
scriptura
vis.*

*Instrumen-
ta aliquan-
do etiam
post lit.
cont. pro-
ducuntur.*

*Sunt reco-
gnoscenda,
vel diffi-
tenda.*

*Tenetur
edere in-
strumenta
actor reo:
L. 2. ff. 13.*

exhi-

exhibendæ l. 6. C. d. t. CARPZ. p. 1. c. 17. def. 26. Exceptiones videas apud GEORG. NICOL. in process. c. 51. num. 2. inter quas est, si reus aliunde defensionem suam probare possit.

non vero
reus actori.

XII. Reus vero in actoris commodum regulariter instrumenta edere non cogitur, l. 4. l. ult. C. d. edend. nisi 1.) pro replicatione actoris fundanda arg. d. l. f. actor enim replicando habet se ut reus; l. 1. d. except. CARPZOV. proc. tit. 14. art. 4. n. 45. 2.) si veritas aliter haberi nequeat, velut si actor instrumenta casu amiserit, CARPZ. l. 1. c. 17. def. 27. Et in proc. d. art. 4. n. 44. aut 3.) instrumenta sint communia, l. 7. C. d. t. Alias exceptiones legas apud NICOL. & allegat. proc. d. c. 51.

Necesse est
adsit præ-
sumptio
contra eum,
qui edere
debet,

XIII. Tum vero demum actori, vel reo, ejusmodi casibus editio injungitur, si præsumptio vel suspicio aliqua sit contra aliquem, se instrumenta habere RULAND. d. commiss. p. 2. l. 5. c. 21. n. 3. CARPZOV. proc. d. t. 14. n. 7. & hic edere jussus aut edere tenetur, aut juramento confirmare, quod non habeat, nec dolo defierit habere. RULAND. d. l. NICOL. d. c. 51. n. 8. Quando vero super editione defertur parti adversæ jusjurandum, id, licet non adsint præsumptiones, præstandum est; modo deferens ante de calumnia juret. CARPZOV. d. l. n. 11. seqq. NICOL. n. 7. in fin.

§. XII. n. 1. pro replicatione. Actor replican-
do fit reus. Replica enim est exceptio con-
tra exceptionem, si quis agat ex debito,
reus excipit solutionem esse factam, actor
replicat factam esse solutionem max.
datario antea reuocato et provocato ad
epistolam, quam scripserit ad reum,
quod reuocatus sit mandatarius: tunc
reus edere tenet hanc epistolam, quod
in fauorem replicae est introductum.
Nullo magis ergo reus obligatur ad eden-
dam, si actor desideret documenta
communia, v. g. inuentaria, fr. h. Nor.
glia, fr. D. Diffingru xx et publica
v. g. testamenta Iudici oblata, ex quibus
petitur legatum.

§. XV. recognitis habent. Modus contumaciae accusandi contra eum, qui edere ne detrectat, est duplex: 1) Si copia documenti adest, petitur, ut documentum habeat pro edito et recognito: 2) Si nulla copia adest, petitur: In §. Ino Horticul, zu Ino Horticul Ino Horticul document rößig, Noo ningröiümt pl. la ynsoltan wörden. Hier tunc idem obtinemus, quasi in originali productum esset ^{doch} ~~testamentum~~. Quem modum contumaciam accusandi observamus contra actorem et reum.

compulsorialibus. v. g. wann in Ino Horticul in Ino Horticul. Nicht documenta deponeret, Ino Horticul über mir selbst nicht wörden Ino Horticul yaben will, so dann man in Ino Horticul, Ino Horticul Ino Horticul Ino Horticul. Legat wörden.

XIV. Peti potest editio instrumentorum *Edenda*
 tam in ordinario, quam summario processu; *sunt in-*
 Churf. Säckf. Gerichts-Ordn. tit. 27. CARP- *strumenta*
 ZOV. d. art. 4. n. 71. quod tamen ad proces- *& in pro-*
 sum executivum extendi non debere monet *cessu sum-*
 NIC. d. c. 51. n. 9. *mario.*

XV. Editionem ac juramenti præstationem *Detrectan-*
 detrectans actor causa cadit, eique ulterior *tis pœna.*
 actio denegatur: reus vero si recusaverit in-
 strumenta, edenda pro editis & recognitis ha-
bentur; quandoque etiam indictione multæ
 arbitrariæ ad edendum quis compellitur.
 CARPZ. *proc. d. art. 4. a. 24. 25.* add. RUL-
 LAND. *d. commissar. p. 2. l. 5. c. 26. n. 39.*
 NICOL. *d. c. 51. n. 12.* Quodsi a tertio edi-
 tio desideratur, is compulsorialibus, quæ vo-
 cant, etiam arctioribus, aut requisitorialibus,
 si alienæ sublit jurisdictioni, ad edendum po-
 test adigi. CARPZOV. *d. art. 4. n. 61.* NIC. *d.*
l. n. 13.

XVI. Testis est persona, quæ ad fidem de *Testis de-*
 negotio civili faciendam a iudice vocatur & *scriptio.*
 examinatur. Faciunt vero plenam fidem duo *L. 22. ff. t. 5.*
 testes omni exceptione majores. *l. 12. de te-*
stib. Unus vero regulariter semiplene tan-
 tum probat. add. CARPZOV. *in proc. tit. 13.*
art. 3. n. 3. & seqq. Similiter etiam duo
 minus habiles præsumptionem inducunt. Ut
 igitur constet, quinam testes sint omni exce-
 ptione majores, nec ne, de habilitate eorum

Kk viden-

videndum, quæ spectatur tempore examinis & depositionis l. 2. & 3. de testib.

Inhabiles
vero sunt
testes 1.)
ratione per-
sonæ;

XVII. Sunt testes inhabiles vel ratione personæ, vel ratione causæ, vel ex alia singulari ratione. Ratione personæ inhabiles sunt 1.) propter ætatem impuberes: l. 3. §. 5. de test. pubertati tamen proximi testimonium operatur præsumptionem, & præterea valet testimonium ejus, qui jam pubes, de eo, quod in ætate impubere vidit, & cujus jam bene recordatur. FARINAC. de test. quest. 58. Minores vero 20. annis in civilibus probant, modo majores sint 14. annis: in criminalibus autem minores 20. annis indicium saltem faciunt. l. 20. de testib. Cæterum fenes, it. mulieres a testimonio dicendo non repelluntur. l. 18. iunet. l. 3. §. 5. de testib. 2.) propter morbum, scil. furiosus, it. in articulo mortis constitutus: de quo tamen vid. MASCARD. de probat. vol. 1. concl. 144. 3.) ob statum & conditionem, nim. 1.) servilem l. 8. l. 11. C. de test. 2.) infamem, l. 3. §. 5. l. 18. h. r. 3.) quod sit tenuioris fortunæ, l. 3. in pr. dict. tit. de testib. 4.) quod sit infidelis, l. 21. C. de heret. add. SICHARD. ad tit. C. de test. cæcus, surdus & mutus. vid. FARINAC. q. 61. num. 24. 31. Ratione causæ suspicione laborare facit testimonium 1.) magna anicitia, tum ex propinquitate, tum alias intime contracta, CARPZOV. p. 1. C. 16. d. 53. 2.) odium capitale, l. 1. §. 24. de quest. CARPZOV. d. l. d. 16.

Aliud enim est testimonium
solemnitatis, aliud veritatem
probandi gratia dicere.

2.) ratione
causæ;

in criminalibus. Contra inquisitum non
plene probant testes imperfectae aeta-
tis, scilicet qui nondum attigerunt annum
vicefimum, sed locum faciunt iudicij
sive grauant usq[ue] ad purgatorium. De-
fensionales vero testes, qui producuntur
ad demonstrandam innocentiam plene
probant, quamuis intra dictum annum
sint constituti; v. g. in homicidio, quan-
do agit de probando moderamine in-
culpatae tutelae, ubi sufficit qualescumq[ue]
produxisse testes.

ad fix. I. XVII. Officia silentii ratione of-
ficii non clericis solum incumbunt, sed
et Advocatis, quibus arcana causa
sunt communicata, idq; absq; distincti-
one, siue adhuc seruiat causae et cli-
enti, siue non, unde non tolerandum
est, ut vulgo fit, quod aduersa pars
talismodi advocatum contra clientem
producere possit. Vulgo tamen pro cau-
tela illud commendant, et praxis tole-
rat, prout docet Cypolla in Cautel.
Cautela 22. nota 1. Quod merito repro-
bandum est, quoniam Advocatis hac
ratione occasio vindictae suppeditat.

d. 16. 3.) commod. & lucrum, quod inde percipit seu sperat testis, l. 17. C. de test. l. 3. §. 5. ff. cod. 4.) reverentia & debitum obsequium, unde inhabiles sunt 1.) domestici l. 24. de testib. 2.) subditi, nisi is, ejus sunt subditi, quoad hunc actum testandi juramentum relaxaverit, ^{quod dicit relaxatio obsequii} add. CARPZ. d. c. 16. d. 64. Cæterum non tantum inhabiles sunt, sed etiam plane repelluntur a testimonio ascendentes & descendentes. l. 6. C. b. t. de test. CARPZOV. in proc. tit. 13. artic. 6. nec in propria causa quis admittitur testis: unde persona ex universitate in causa universitatis tunc demum admittitur, si lis ad universitatē ^{in genere} non ad singulos spectet. CARPZOV. d. tit. 12. a. 5. n. 77. & seqq. Denique ex singulari 3.) ex singulari ^{ratione} non debent testimonium dicere 1.) ^{regulari ratione.} sacerdos, ratione revelati in confessione. CARPZOV. d. C. 16. def. 70. 2.) advocatus, ratione ejus, quod ipsi a cliente secreto revelatum est, vid. BERLICH decis. 101. PAUL. CHRISTIN. vol. 1. decis. Belg. 83.

XVIII. In genere vero de testibus inhabilibus & alias non admittendis sciendum 1.) ^{Aliquando} testes inhabiles ^{admittuntur.} admitti, si ^{veritas aliter haberi non potest,} ^{si nihil admittuntur.} CARPZOV. d. l. def. 73. 2.) quod, licet non pro producente, tamen contra eum probent. Caveatur tamen specialiter, ne regulariter denunciatur in viro testimonium dicere adversus socerum, generum, vitricum, privignum, sponsum,

sum, sobrinum, sobrinove natum, eosve, qui simili sunt gradu, *l. c. 4 § ff. de test.*

*Testium
productio
fit regula-
riter in
iudicio.
Modus pro-
bandi.*

XIX. Ipsa testium productio & examinatio regulariter fit coram iudice, ejusve commissario, in loco iudicii: sumtus vero producens impendere debet *l. II. C. de test.* Modus per testes probandi in his consistit, nimirum. I.) notandi sunt actus præcedentes, ubi 1.) ex litigantibus producens exhibet articulos probatorios, annexa testium nominatione & directorio, super quibus scilicet articulis hic vel ille testis sit examinandus; 2.) illos articulos iudex parti adversæ communicat pro formandis interrogatoriis; 3.) citantur testes & quidem, si sub iudice testes quidam non habeant domicilium, illorum Magistratus requirendus est, ut ipse eos super articulis & interrogatoriis examinet vel, ubi ita receptum est, petit iudex ab altero, ut testibus injungatur, ut se sistant; 4.) producens quoque & altera pars citatur ad producendum & videndum jurare testes: II.) Ipse actus examinationis; nimirum ipso termino præstituto iudex præloquitur, & altera pars producit testes, altera exhibet interrogatoria. Præstat deinceps, prævia admonitione, juramentum testium parte utraque præsentem: præstito vero juramento, partes secedunt, & singuli testes seorsim a iudice ejusque notario ad articulos & interrogatoria examinantur, & omnia, quæ dicuntur a testibus, & quidem

J. XIX. In termino productionis producty
format interrogatoria tam generalia
quam specialia. Generalia concer-
nunt personam et habilitatem testiu:
vb Zünga mit Alägron Norwondt spⁿ
vsa nasa? vb v Non d^r D^r D^r d^r d^r
z^u f^ost^u f^ost^u f^ost^u? non vero tolerantur
quae sunt captiosa, neq testem de
crimine commiss^o interrogare licet;
vid. Hees^of. nois^of. §. 53. Specialia
dirigunt ad singulos articulos, ad
eliciendas circumstantias in arti-
culis omis^os; v. g. ad artic. 3) Ob
Zünga beständig z^u g^ro^ren g^ro^ren?
Ob n^ust d^r m^ust Non d^r Contra.
h^eten f^um^ug Norwondt v^ond^r?
v^ond^r Zünga d^r v^ond^r? vb v^o v^o
Non v^ond^r g^ro^ren? Testis enim
rationem scientiae reddere non valet,
vt et testis de audita, est nullig momenti;
vid. Brunquell in diss. in quantum testi-
cat. scientiae redd. nullig momenti sit.

J. XX. XXI. Rotulus est solennis scriptura
à Judice vel Notario facta intuitu de-
positionis testium ad singulos articu-
los et interrogatoria tam generalia
quam specialia. Huiusmodi rotulus post
probationes absolutas redigitur ad acta
et partes citantur ad publicationem rotu-
li. Atque tunc in Saxonia si reprobationem
suscipere velit contra publi-
cationem rotuli est protestandum.
Alias enim reprobatio est deserta. Iure
Communi autem probatio et reprobatio
vno tempore peraguntur et vno tem-
pore uterque rotulus publicari solet.

dem eorum ipsissima verba diligenter anno-
tanda sunt; finita depositione testis, imposito
silentio, dimittitur.

XX. Actu examinis expedito, rotulus at-
testationum a iudice vel commissario confi-
citur: & deinde partes citantur, ut certa die
adsint publicationi attestacionum: qua facta,
super iisdem vel directo contrariis articulis,
in eadem vel alia instantia testes regulariter
produci nequeunt. *N. 90. c. 4. Clem. 2. de
test.* Nonnunquam tamen admittitur exa-
minis testium repetitio, *CARPZ. p. 1. C. 16.
d. 80.* vel etiam certis casibus ulterior pro-
ductio. *d. N. 90. c. 4. c. 15. § 36. x. de test.
GAIL. 1. observ. 15. BERLICH. p. 1. Concl. 40.
n. 2. § seqq. GEORG. SCHULTZ. in Synops. jud.
tb. 56. ubi hanc cautelam tradit advoca-
tis, quod volens producere testes, ante-
quam eos producat in iudicium, cum iis
loquatur, & si audiverit, eos in sermone
esse singulares, non producat nisi unum
testem; & tunc unus testis facit semi-
plenam probationem, & poterit deferri
iuramentum suppletorium: quod non
posset fieri, si essent plures testes, sed sin-
gulares.*

*Rotulus at-
testacionum
conficien-
dus: post
publican-
tur attesta-
tiones.
Aliquando
testium ex-
amen repe-
titur.*

Ubi cauendum est a suggestionibus

XXI. Notandum hic venit, quod, si altera
pars reprobationem, den *Gegenbeweifs*, h. e. *publicatio-*
probationem contrariam seu elisivam susci-
nem ad re-

probandum
quis se of-
ferre & ar-
ticulos ex-
hibere de-
bet.

pere velit, ante publicatas attestaciones eam suscipere & vel statim cœpta ab altero probatione, vel statim post citationem ad publicationem attestacionum, & quidem de jure Saxon. intra terminum Saxonicum, articulos offerre debet. Finita debito modo etiam reprobatione, tunc utriusque partis testimoniorum publicatio, partibus citatis, procedit. CARPZ. *in proc. tit. 23. art. 2.*

Disputatio
attestatio-
num.

XXII. Denique sequitur disputatio attestacionum, qua scilicet, contra quem probationes susceptæ illas excipiendo impugnat alter vero uberius, quod in probationibus continetur, deducit & defendit. CARPZOV, *d. l. tit. 15.* Impugnaturus veto probationes, & quidem per testes factas, considerat 1.) examen testium, an legitimo ordine sit peractum; 2.) personas, an sint habiles; 3.) dicta, quibus opponi solet obscuritas, incertitudo, contrarietas, singularitas.

Præsumptio
describitur;
distingui-
tur.

XXIII. Restat ut dicamus de præsumptione, quæ nim. est probatio negotii dubii ex probabilibus argumentis. Distingui solet ab interpp. in præsumptionem hominis, juris, juris & de jure. Præsumptionem hominis vocant, qua a iudice, argumentis probabilibus, ex ipsius negotii qualitatibus & circumstantiis quid inducitur & inductum pro vero habetur, usque dum ab eo, contra quem est præsumptio, hæc elidatur. vid. CARPZ. *in proc. Tit. 13. art. 1. num. 16.* Præsumptio juris dicitur,

J. XXII. Post rotulos publicatos incipitur
Sub Haupt. Vorfragen: Hunc in finem Ju-
dici ante oculos ponat ~~de~~ rerum pro-
bandi; postea singulorum testium
depositiones excerpunt, verba docu-
mentorum, quatenus probant, alle-
gantur et contra testes et documenta
proponunt exceptiones facti, contra
ipsas vero de positiones locus est ex-
ceptioni obscuritatis, contradictio-
nis et singularitatis, si scilicet circum-
stantias proponant, quae simul stare
non possunt. Post disputationes
absolutas sequitur sententia defini-
tiva.

J. XXIII. Praesumptiones sunt probabilita-
tes desumptae ex circumstantiis facti
ab eo, quod sit vel plerimum, ita v. c.
Judex in criminalibus format praesumpti-
ones siue indicia ex circumstantiis fa-
cti emergentia, quae in causis civi-

libus appellantur suspiciones: Et regula-
riter qui pro se habet praesumptionem,
liberatur ab onere probandi; aduersario
tamen integrum est probare contrari-
um, nisi sit praesumptio iuris et de iu-
re, quae non admittit probationem in
contrarium; v. g. filius in matrimonio
pro legitimo habetur, neq. obstat, quod ma-
ter contrarium sit confesssa. Paucissi-
ma tamen occurrunt exempla harum
praesumptionum; vid. Mascardus in
tr. de praesumptionibus et probationibus.

J. 1. Juramentum est repraesentatio per-
fectionum diuinarum et praesertim in-
finitae potentiae: unde iurans prouocat
Deum in vindicem, si vera non dixerit,
si promissa non serauerit. Haec pro-
uocatio vindictae fieri debet in pro-
cessibus per solennitatem 1) iuramentum
sive praemittenda est admonitio de cui-
tando periuurio: 2) Solennia externa
accedere debent et quidem in masculis
erectis digitorum, in feminis adposi-
tio manus ad pectus sinistrum, quod

dicitur, qua a lege ex probabilibus rationibus civilibus circa negotium aliquid inducitur ac itidem inductum pro vero habetur, usque dum elidatur: de cujusmodi præsumptionibus operosum tractatum scripsit Menoch. Præsumptio juris & de jure appellatur, qua a lege ex fortioribus quid infertur rationibus probabilibus, idque illatum adeo pro vero habetur, ut probatio in contrarium non admittatur. MENOCH. *de præf.* L. 1. q. 13. n. 19. Ex notoria tamen rei evidentia & hæc infringitur. vid. Id. *d. l. 1. q. 63.* GILHAUS. *in art. civ. p. 7. c. 6.*

TIT. XII.

DE IVREIVRANDO.

APHOR. I.

Aliquando loco probationis juramentum defertur, vel etiam probatio non satis plena, v. gr. per testem unicum vel ex præsumptionibus inducta, juramento suppletur, vel etiam præsumptiones juramento eliduntur. Inde hic de jurejurando agendum venit: quod est religiosa rei alicujus asseveratio, legitime facta per invocationem Dei in testem *et vindicem.*

Probatio fit aliquando per jusjurandum.
L. 12. ff. t. 2.
de jurejur. f. voluntar. f. necess. f. judiciali.
Hujus descriptio; distinctio.

II. Distingui solet juramentum in promissorium & assertorium. Ad promissorium pertinet etiam juramentum confirmatorium, quo scil. actus quidam civiles confirmantur: cujusmodi juramentum aliquando exigitur, v. gr. in renunciatione SCti Vellejani. CARPZ. *p. 2. c. 12. d. 14. § C. 16. d. 6.*

*Juramen-
tum asser-
torium.*

III. Huc potissimum spectat juramentum assertorium, quod ad rem controversam decidendam adhibetur; & quidem proxime facit ad decisionem litis aut accessoriae de expensis, juramentum scil. expensarum, quo nimir. is, cui expensae restituendae adjudicantur, juramento suo eas aestimat. *Ord. Cam. p. 1. art. 66. & seqq.* quod tamen juramentum saepius remittitur, & judex solum moderatur expensas: aut principalis, quae deciditur vel per se, mediante juramento litis decisorio, in specie ita nuncupato; vel per accidens, commisso sc. ab adversario dolo, juramento in litem.

*Juramen-
tum litis
decisorium*

IV. Litis decisorium jusjurandum vel pars parti defert, vel exigit judex, quod in specie necessarium vocatur. Pars parti defert juramentum vel extra judicium quod voluntarium; vel in judicio, quod judiciale dicitur.

*Juramen-
tum volun-
tarium;*

V. Voluntarium itaque est, quod ex conventionione, per modum transactionis, a parte parti extra judicium defertur, vel etiam refertur. Uti vero hoc juramentum delatum libere recusari potest: ita & relatum non praese est praestandum; atque hoc hodie minus in usu est.

judiciale.

VI. Jusjurandum judiciale est, quod a parte parti in judicio ordinario, accedente judicis per sententiam approbatione, defertur. *l. 12. §. 1. C. de iureiur.* Defert hoc juramentum

J. VIII. Triplex est via, quam eligere pot.
est ille, cui iuramentum est delatum,
scil. vel acceptare, vel referre vel con.
scientiam defendere per probationes,
quod dicitur in *Graviss. Bau. mil. Bau. mil.
Wolfsbau.* Quid enim opus est iurare,
si adsint testes vel documenta super
eodem puncto, de quo iurandum erat.
Relatio permittitur in factis communibus
vel alienis, super factis vero propriis
is nulla permittitur relatio, unde
multum interest nosse, quid sint facta
communia, aliena et propria.

juramentum, aut solum, aut saltim melius quam deferens, veritatem novit. vid. CARPZ. d. C. 12. p. 1. def. 40. 41.

*Præstatur
in causis
civilibus.*


VIII. Regulariter locum habet hoc juramentum in omnibus causis civilibus, etiam alias famolis, secundum l. 9. §. 2. de iureiur. l. 5. §. 8. l. 11. §. 1. de iniur. modo ad restitutionem solum agatur. CARPZ. p. 1. C. 12. d. 31. n. 4. Et process. Tit. XI. art. 1. n. 35. 60. Et 65. P. 3. dec. 231. admittitur quoque in actione injuriarum, non criminaliter, sed civiliter intentata. vid. Decis. Elect. noviss. 17. Præterea singulariter excipiuntur causæ matrimoniales, eo nim. casu, quo jusjurandum vergeret ad dissolutionem matrimonii. CARPZ. Lib. 3. Iurispr. Conf. def. 44. WESENB. d. proc. n. 5. ubi PHILIPP. observ. 2. COLER. decis. 141. n. 7.

*Juramen-
tum neces-
sarium,*

IX. Juramentum necessarium est, quod inopia plenæ probationis iudex, etiam parte non petente defert, causa cognita vel actori, vel reo. l. 3. C. de iureiur. l. 31. D. eod. Distinguitur in suppletorium & purgatorium.

*five supple-
torium;*

X. Juramentum suppletorium, *der Erfüllungs Eyd*, est, quod iudex imponit ei, qui semiplene, *ut plus quam semiplene* v. gr. per unum testem, probavit, ut per id perfecta fiat probatio. *dict. text. add. c. fin. §. 1. x. d. iureiur.*



J. XI. nec in matrimonialibz. In causis ar-
duis et magnis, quo referunt matrimo-
niales, non facile suppletorium, sed po-
tius purgatorium iniungendum esse statu-
unt, quoniam favorabilior fit absolutio
quam condemnatio. Hodie tamen saepius
in causis matrimonialibz, si consensus
parentum plus quam semiplene sit pro-
batus, admittit aetrix ad iuramentum
suppletorium: vid. Berger in Elect. ma-
rimonial. et Gail. in Obs. 108. n. 11.

J. XIV. In Saxonia ille, cui delatum est iu-
ramentum, se offerre tenet ad eius praesta-
tionem, et muß termin vub bringaru
zu Abpförung des Fydes et petit, al-
terum citari ad videndum iurare et
ad praestandum iuramentum calum-
niae. Jure Communi autem index ex
officio praestituit terminum iuratori-
um, postquam sententia, per quam iura-
mentum est iniuratum, transit in rem
iudicatum.

XI. Admittitur hoc jusjurandum regulari-
 ter in omnibus causis: non tamen facile in
 causis iis, ex quibus ingens lucrum ad jura-
 tem est perventurum. GAIL. I. O. 108. n. 11.
 nec in criminalibus gravioribus, *arg. l. fin.*
C. de prob. CARPZOV. p. 1. C. 13. d. 11. nec
in matrimonialibus, nisi circumstantiæ &
æquitas hoc exigant. CARPZ. L. 3. Resp. 57.
Et Jurispr. Const. l. 3. d. 46.

XII. Juramentum purgationis, *der Reini-*
gungs Eyd, est, quod iudex imponit ei, con-
 tra quem præsumptiones militant, ut scil. per
 hoc illas elidat. *d. l. 31. de jurej.*

XIII. Defertur juramentum hoc, quando
 quis suspicionibus gravatus est, *c. 14. x. de*
purg. canon. modo persona fit fide digna.
 Non autem facile in criminalibus admittitur
 juramentum purgatorium. vid. *CARPZOV. pr.*
Crimin. p. 3. q. 117. n. 55.

XIV. Cæterum is, cui juramentum, sive
 judiciale sive necessarium, per sententiam in-
 junctum est a iudice, intra certum terminum,
 & quidem jure Sax. intra terminum Saxon.
 (qui computatur a die, quo sententia transit
 in rem judicatam) ad jurandum se offerre
 debet & petere, ut reus seu adversa pars ad
 præstandum juramentum calumniæ, ut & ad
 videndum jurare citetur: in foro autem E-
 lector. Saxon. intra octiduum se offerre & di-
 cto modo petere debet. vid. *Decis. Elector.*
noviss.

noviss. 18. PHIL. obs. in card. dec. 18. CAIRPZ. in proc. Tit. II. urt. 57.

Lites, jure- XV. Lites, jurejurando voluntario, vell etiam judiciali, ita finitæ, retractari nequeunt, ne quidem prætextu perjurii, ob instrumenta noviter reperta. l. 31. in jn. de iureiur. l. 10. C. de transact. l. 4. C. de riuudic.

Alia est ratio in juramento necessario. XVI. Alia est ratio juramenti necessarii, quo licet præstito nihilominus, ob instrumenta reperta, caussa ex integro agitur. d. l. 31. de iureiur. CARPZ. d. l.

Juramenti in litem descriptio. XVII. Juramentum in litem est, quo, propter intervenientem dolum aut culpam adversarii, rem non restituentis aut non exhibentis, iudice deferente, actor rem suam, quam petit, æstimat: estque duplex, aliud affectionis, quo propter dolum adversarii, rem non restituentis, etiam ultra verum pretium ex affectione res æstimatur; l. 1. § 2. de in lit. iur. aliud veritatis, quo res, quæ culpa, possessoris interiit, vel deterior facta est, quanti vere est, & quanti revera interest, æstimatur. d. text. Illud locum habet, ubi agitur de re nostra restituenda, quam adversarius dolo & contumacia restituere detrectat v. gr. in actionibus in rem, item in actionibus in personam b. f. iis nimir. in quibus ex contractu quid restituendum. Hoc vero locum habet in aliis actionibus, ubi non de restituenda, sed tradenda re solum agitur, v. g. in actionibus emti, &c. it. in stipulationibus, Ceterum

um 80 fl nicht rüber sein wollen, quam.
uis emtor promiserit pretium non 400 fl

rum in praxi hodierna non multum hæc differentia attenditur, sed relictum videtur iudicis arbitrio, quando juramentum hoc, sive affectionis sive veritatis, ac in quibus judiciis, sive b. fidei sive stricti juris, sive directis sive contrariis actionibus, deferendum existimet. CARPZOV. *in proc. tit. 12. art. 4. n. 7. 8. 9. § p. 1. c. 23. d. 19. n. 11. 12.*

XVIII. Judex æstimationi actoris modum statuit, nimirum primo æstimat actor; deinde moderatur iudex; tunc subsequitur juramentum actoris, quo a iudice determinata summa confirmatur. *l. 2. §. f. l. 4. §. 2. de in lit. iur. add. CARPZOV. proc. tit. 11. art. 4. n. 16. RICHTER dec. 58. n. 43. § regul. iur. 2. n. 11. vid. tit. de in lit. iur. ibique Exerc. nostr. 17. § seqq. § tb. 70.*

XIX. Atque hæc ita obtinent, si dolo, culpa vel mora adversarii res interierit vel deterior facta sit; alias si integra exstet, vel manu militari auferatur possessori, restituere nolenti, vel juxta arbitrium iudicis, cum primis si actor, ob procaciam aut moram adversarii, æstimationem malit habere, quam ipsam rem, juramentum in litem locum habet. *l. 5. §. 1. in fin. de in lit. iur. iunct. l. 68. de R. V. add. BORCHOLT. de in lit. iur. c. num. 4.*

XX. Addendum hic est, de jure Saxon. *Iuramentum singulariter receptum esse, ut actor res vi ablatas & damnum per vim illatum possit æstimare ac petere, ut reus summam istam solvat,*

vat, aut juramento eam deminuat; & tunc reus vel illam summam, quam tamen aliquando judex moderatur, CARPZOV. *t. 12. art. 4. n. 12.* solvere, vel juramentum minorationis seu deminutionis (*den Minderungs-Eyd,*) præstare debet: quo præstito in id solum condemnatur, quod juravit. Locum ergo tantum hoc habet in vi expulsiua & ablatiua, & potest id evitare reus, si probet, damnum tanti non esse, quanti ab actore æstimatum, vid. H. PISTOR. *l. 1. quest. Saxon. quest. 16.* CARPZOV. *d. process. tit. 12. art. 4. num. 28. & seqq.*

TIT. XIII.

DE

CONCLVSIONE CAVSSÆ.

APHOR. I.

*Causse
conclusio.*

Postquam disputationes attestationum, de quibus *tit. preced.* dictum, judici sunt oblatae, proxime subsequitur causæ conclusio, quæ dicitur, quando partes utræque omnibus probationibus & allegationibus seu scriptis ulterioribus renunciant, & jam litem decidendam judicis conclusioni submitunt.

*Distingui-
tur in ex-
pressam &
tacitam.*

II. Distingui hæc solet in expressam & tacitam. Expressa est, quæ verbis fit expressis, litem judicis cognitioni submittentibus, seu pure seu conditionaliter, nimir. si pars aduersa nihil novi amplius attulerit. Tacita conclusio est, quando non quidem expressis verbis causa judicis cognitioni submittitur, sed

Reminutionis In damnis per vim expul.
sionem et ablativam causatis Jure Civili
iurat ille, qui damnum passus est,
quod dicit iuramentum Leponianum.
Jure Saxonico vero iurat ille, qui
damnum dedit, *Dors no yloube, Dors
Dors Wrouwysste Desorde sij niest ubor
100 sc. balouste*, quod dicit *Dors Min.
Dorsingb. Syd.* Prudentius vero videtur
fuisse civile quam Saxonicum quoad hoc
punctum.

I. III. iudex conclusionem rescindere. Iudici
non concludit in causa sed partibus.
Si quis ergo desideret, quod ad concipi-
endam sententiam definitivam necessari-
um esse videt: iudex post conclusionem, i.
e. post absolutam probationem ad repro-
bationem huiusmodi actus deficientes su-
peraddere potest, v. g. in actione finium
regundorum inspectis ocularis etiam post
conclusionem iniungi potest per inter-
locutionem, ut facilius fiat decisio in
causa principali: Ita in R. S. n. n. g. b. Ca.
I. an pronunciat, I. o. p. die Cause vor ul.
Cau. v. i. n. g. n. g. n. p. o. n. n. o. n. d. r. o. p. a. M. r. i. s. t. o. n.
z. u. i. b. o. r. g. n. b. a. n. r. o. s. l. e. s. e. d. i. e. l. i. q. u. i. d. e. a. p. o. s. s. e. n.
N. o. n. d. a. n. n. i. l. l. i. q. u. i. d. e. a. p. r. i. d. e. n. s. o. l. l. e. n. : D. o.
I. a. n. n. r. o. g. e. s. s. a. t. i. n. d. o. r. h. a. u. p. t. C. a. u. s. e. f. o. r. m. a.
u. s. a. t. C. r. i. s. t. o. n. e. i. s. t. c. o. n. f. M. a. e. v. i. g. P. a. r. t. e. I. I. I.
D. e. c. i. s. 185.

sed ex circumstantiis apparet, nihil nisi judicis sententiam superesse.

III. Post conclusionem in causa nihil amplius admittitur, quia, ut Dd. loquuntur, conclusio partibus os claudit seu ulteriorem probationem & allegationem excludit c. 5. X. d. caus. poss. & propr. add. RUTG. RUL. de Commiss. p. 4. l. 8. c. 11. n. 12. aliquando vero judex conclusionem rescindere re ita exigente potest, & ulterius quid injugere, c. cum Ioannes. X. de fid. instrum. RUTG. RULAND. d. tr. pr. 1. l. 6. c. 8. n. 9. GAIL. 1. obs. 170. n. 5.

IX. Admittitur tamen, ut post conclusionem in causa pro informatione judicis allegationes juris, item consilia & responsa prudentum seu Dd. exhibeantur, quæ parti adversæ non communicantur. vid. *Churf. Sachs. Process-Ordn. tit. 29. §. ult.* GAIL. 1. obs. 107. n. 19. MYNSING. 3. O. 17. n. 7. ASI- NIUS *prax. jud. c. 9. §. 8. §. 20.*

TIT. XIV.

DE

SENTENTIA IUDICIS.

APHOR. I.

Tandem sequitur sententia, quæ est pronuntiatio judicis, causæ controversæ decisionem continens. l. 1. *de rei iud.*

II. Estque vel interlocutoria, qua controversia, circa causam in iudicium deductam emergens & ad iudicii ordinationem & firmationem diviso

Post conclusionem causæ regulariter nihil amplius admittitur:

Pro informatione judicis consilia aliquando exhibentur.

Sententiæ definitio; L. 42. ff. t. r. de re iudicata & de effectu sent. & de interlocut. diviso.

+ Si plene excussi sint testes, documenta et iuramenta

tionem pertinens deciditur. Dicitur solet interlocutio, (*ein intercolut-Urtbel*, *ein Beyurtbel*) vel definitiva, (*ein Endurtbel*) qua ipsa causa principalis in iudicium deducta deciditur. l. 1. *de rei iud.*

Modus pronuntiandi sententiam.

III. Pronunciant sententiam ipse iudex habilis & competens, pro tribunali sedens, loco consueto, partibus litigantibus eorumve procuratoribus presentibus, antea citatis: aliquando etiam alterutra parte per contumaciam absente. GAIL. 1. *obs.* 109. expresso iudicis & partium nomine; ac recitatur sententia *ex periculo* seu scripto, in quo concepta, vid. *tot tit. C. de sent. ex peric. recit.*

Quae in sententia observanda.

IV. Ipsa sententia debet esse 1.) juri conformis, alias si aperte contra LL. est, est ipso jure nulla; 2.) si definitiva fuerit, libello conformis, tum quoad rem petitam, ne reus in alia causa condemnetur; tum quoad causam petendi: atque ita continere debet vel absolutionem ab eo, quod petitum est ex causa, vel condemnationem. d. l. 1. *de rei iud.* 3.) ^{et probatis} actis conformis; 4.) certa, §. 32. l. *de act.* vid. l. ult. *C. de sent. quae sin. cert. quant.* sive sit certa per se, sive ad certum quid referatur, *si referatur ad libellum.*

Sententia non solum causa principalis finitur, sed & de fructibus, expen-

V. Continet vero sententia praeter ipsius causae principalis decisionem, etiam condemnationem vel absolutionem ratione fructuum & expensarum, item damnorum restituendorum. Quibus autem casibus fructus & damna

Expensas litis. Regula de expensis litis sup.
peditat in l. 79 ff de iudicis, quod scilicet ille,
qui obtinuit in causa siue sit actor siue
reus praetendere possit totius processus
expensas, non Hofburgensium Liquidation
u. vultros. f. omnia dignum. Quandoque
tamen compensant expensae, iudicis vultros
vultros vultros, scilicet 1) si actor pro se ha
beat responsum iuris, 2) Victoria per
suppletorium aut purgatorium sit ob
tenta, 3) si inter personas conuen
tas sit lis agitata inter dominum
et subditos & vid. Maevig. Parte VIII.
de iis. 141. n. 3.

damna sint restituenda, ex tribus libris prioribus, ubi de jure cognoscendo agitur, est colligendum. add. tit. C. de fruct. & lit. expens. *Expensas litis* quod attinet, regulariter victus victori ad illas restituendas condemnatur, nisi justam litigandi causam habuerit. vid. t. t. I. de poen. tem. litig.

VI. Effectus sententiæ est, quod lis, seu tota, seu particula ejus in judicio occurrens, per eam decidatur & post decem dies illa transeat in rem judicatam; si nimir. intra istos remedium non adhibitum fuerit, de quibus remediis tit. 19. agetur.

TIT. XV.

DE

QVIBVSDAM INTERVENIENTIBVS
IN IVDICIO.

APHOR. I.

Ad accidentalia (vid. Tit. 9. apb. 1.) Ad accidentii pertinet juramentum calumniæ, (der Eyd vor Gesehrde) quod aliquando, una vel altera parte exigente, præstandum. Est vero jusjurandum calumniæ, quo litigantes vel procuratores eorum obtestantur, quod existiment, se bonam fovere causam & litem b. f. absque fraude se persecuturos. vid. tot. tit. C. de jurej. propter calumn. dand. & X. de jur. calumn.

II. Dividitur juramentum calumniæ in generale & speciale. Generale est, quod utroque litigantium super tota causa præstatur.

LI

tur.

+ Sic dicit in Jure Canon.

tur. Speciale, alias juramentum malitiæ; (scil. non committendæ) est, quod in qualibet judicii parte tam ante, quam post litem contestatam exigitur.

Hodiernus
usus.

III. Hodie secund. proc. juris comm. generale quidem juramentum calumniæ, parte exigente, præstandum est, cap. 1. de juram. cal. in 6. at jure Saxon. id usû non obtinet; Juramentum autem speciale etiam in foro comm. non nisi eo casu, quo præsumptio malitiæ contra partem litigantem est, exigî potest. Similiter etiam in foro Saxon. specialiter exigitur ab eo, qui juramentum detulit, & præterea itidem ob præsumptionem malitiæ pro arbitrio judicis imponi potest. add. GAIL. 1. obs. 87. SETSER. tr. de juram. l. 3. c. 4. n. 36. CARPZOV. in proc. tit. 12. art. 1.

II. Litis denunciatio.

IV. Præterea sæpius judicium præcedit, vel etiam in ipso judicio accidit litis denunciatio, quæ fit a reo, in judicio convento, suo auctori, sive a quo causam habet, ut nimir. liti assistat, & re evicta evictionem præstet: qua de re superius Lib. 3. add. CARPZ. tit. 4. art. 3.

III. Interventio:

V. Porro etiam accidit aliquando interventio, qua nimir. tertius quidam circa litem inter alios motam id, quod ejus interest, adducit & persequitur. Nov. 112. cap. 1. c. 4. de elect. in 6.

quæ locum
habet ob
quodlibet
interesse;

VI. Locum hæc habet in omnibus causis, ubi quis interesse suum probare potest, & non solum ante sententiam & conclusionem, sed & post

Huc conf. Annotat. ad lo.
cum ab Auctore citatum.

S. V. VI. Interuentio est actus iudicialis,
quo quis, de monstrato interesse suo,
se petit admitti ad litem hactenus in-
ter alias agitatam, idque vel animo
excludendi unum ex litigantibus, vel
adfiolendi in causa: Unde interuen-
tio est vel principalis vel minus prin-
cipalis. Ratione temporis fieri pot.
est quandoocumque: Ita v. g. uxores et
liberi tempore exsequutionis interue-
niant, quando propter debita mariti
vel patris in bona immobilia decernat
exsequutio, propter interesse dotis

vel bonorum maternorum et plerumque even-
tualis appellatio adiungit. Saepius ta-
men postea renunciant, si interest se suum
probare nequeant, quod pertinet ad ar-
tem rabulisticam, Jamit Ley Drm Pro-
ces/ Wozignung vdr Luft ymouft von
Jan Conne.

J. VII. Jure Romano omnia opera ipsius
re transeunt ad heredes: ergo et processus
et lites ab eo nova heredis declaratione.
Ufus fori autem recipit reasumptionem,
ita ut terminus specialis praestituatur
heredibus et successoribus singularibus, ut
veniant et se declarent, an processum
antecessoris continuare, an vero refu-
sis expressis liti renunciare velint, et in
contumacia habet lis pro reasumpta. Post
mortem sufficit nominasse nomina he-
redum et in sequenti termino novum
exhibet mandatum.

post rem judicatam, ad avertendam executionem, & quovis intentari potest. vide CARPZOV. d. tit. tempore.

4. art. 2.

VII. Deinde juxta usum receptum litis re-^{IV. Litis} assumptione aliquando est opus, quæ alteru-^{reassumptio} tro litigantium defuncto debet fieri ab heredibus. Novissimo tamen Rec. Imp. de Anno 1654. §. *damit auch*, ad lites abbreviandas statutum est, ut statim initio litis mandatum etiam ratione heredum concipiatur, adeoque non amplius opus sit reassumptione. Quibusdam tamen locis jus antiquum adhuc viget, CARPZOV. tit. 5. art. 2.

TIT. XVI.

DE

PROCESSU ARRESTI.

APHOR. I.

Diximus de processu ordinario : agen. *In processu* dum nunc est, antequam ea, quæ judicium *arrestii sin-* sequuntur, exponamus, de processibus sum-^{gularis} mariis & executivis; ad quos processus arre-^{forma ob-} sti videtur quidem pertinere, singularis tamen ^{servanda :} forma in eo obtinet, quæ in foro cum primis Saxon. probe attendenda.

II. Nim. 1.) adeundus est judex, & ab eo 1.) *aditio* petendum, ut arrestum in re aliqua debitoris *judicis,* decernatur. Simul autem 2.) probetur ne-^{2.) probatio} cesse est, liquidum esse debitum, saltim per *liquidi,* exhibitionem obligationis vel instrumenti, vel etiam per productionem testium, qui debi-

L 1 2

tum

tum confirmant & judicem de eo certio-
reddunt. add. BERLICH. p. 1. *decis.* 107.

III. Porro 3.) desideratur, ut justa causa
subsit arrestum petendi, quod scilicet debitor
aere alieno sit gravatus; vel quod alio modo
non satis commode creditor debitum possit
consequi.

3.) *justa
caussa.*

*Documen-
tum arresti
impetrati.
Renovatio
arrestis pri-
mi.*

IV. Hisce in eo observatis & demonstratis,
judex arrestum decernit, & impetratum esse
arrestum attestatur. A quo tempore impe-
trati arresti si quatuordecim dies elapsi fue-
rint, arrestum prima vice est renovandum,
& quidem ipso die decimo quarto renovatio
fieri debet: quod tamen extra Electoratum
in hisce terris non ita stricte observatur, sed
unus vel alter dies non accurate attenditur.
Hanc renovationem factam esse, iterum judex,
dato arrestanti documento, testatur.

*Secunda ar-
restis reno-
vatio, exhi-
bito simul
libello arre-
statorio:*

V. Post elapsos rursus 14. dies arrestum
secunda vice venit renovandum, & quidem
eadem ipso die 14. Simul vero etiam libel-
lus arrestatorius (*Kummerklage*) est offeren-
dus judici: in quo nim. creditor seu actor
arrestans, perinde ut in alio libello, causam
& factum enarrat seu proponit judici, & in-
super addit, arrestum se petiisse & impetrasse,
& debito modo renovasse; adeoque petit, ut
arrestum in formalibus pronuncietur legiti-
mum, & sibi inde competere jus reale in bo-
nis arrestatis, & præferendum se esse omnibus
aliis creditoribus, jus potius non habenti-
bus:

+ *ubi docendg est lapsus
hororum.*

In formalibus arrestum legitimum est, si omnes
termini servati sunt: in materialibus vero,
Id est in defuncto non ingruunt ² zu saltu.

J. VII. Arrestum operatio reale in bonis debitoris. Est ergo modus procedendi, quo quis auctoritate iudicis ex creditore chirographario hypothecario fieri intendit secundum ordinem temporis arresti impositi. Ergo in tertia classe huiusmodi creditores collocantur. Differt vero arrestum a pignore, quod invito etiam debitore sola iudicis auctoritate impetrari possit, quod seorsum in pignore conventionali; vid. Maevius in tr. de arrestis. In quibusdam vero territoriis propter varia incommoda derogatum est huius iuri praelationis per arrestum.

J. I. II. Causae summariae referantur ad certa fundamenta, 1) ubi subest interesse publicum, v. g. in causis fiscalibus 2) quoties adest periculum in mora, quo pertinent boni u. In quibusdam territoriis, it. causae possessoriae 3) propter respectum piae causae, v. g. in causis alimentorum, stipendiorum, in matrimonialibus; 4) cum propter compromi.

bus: petit etiam recognitionem documentorum, quibus scil. debitum ipsius probatur.

VI. Uti vero ipsa statim petitio arresti, nec non renovatio primo loco seu prima vice facta, parti adversæ est a iudice denuncianda: ita & libello arrestatorio oblato, parti adversæ hic una cum documentis transmittendus, atque certus dies præfigendus & debitor citandus est, quo respondeat & documenta recognoscat; & tunc ulterius proceditur, uti in processu executivo.

VII. Effectus igitur arresti est, quod arrestum legitime impetratum & renovatum tri-
 buat jus pignoris prætorii a die impetrati arresti; ideoque etiam arrestanti competat jus in re in bonis, ut alias in pignoribus. vid. latius CARPZ. in Proc. Tit. 21. art. seqq. it. DAVID MEVIVS integro tr. de Arresto.

TIT. XVII.

DE PROCESSU SUMMARIO.

APHOR. I.

Processus summarius seu extraordinarius est, ubi, non servatis solennitatibus ordinariis solum ea, sine quibus processus non potest ullo modo subsistere, observantur. Nimirum, ut qualis qualis facti narratio & petitio ab actore fiat; reus a iudice competente citetur; citatus respondeat; probatio injungatur, & sine solenni disputatione attestatum statim sententia feratur.

II. Locum habet hic processus in causis, quas vocant, summaris seu extraordinariis,

melius demonstratio, n. Suprainigung

nimirum 1.) in novi operis nunciatione, 2.) in debitis tributorum & aliorum onerum publicorum, 3.) in actione ad exhibendum, 4.) in causa alimentorum, 5.) in causa legatorum & fideicommissorum, cum primis ad pias causas, 6.) in matrimonialibus aliisque causis Ecclesiasticis, 7.) in remedio ex L. f. C. de edicto D. Hadriani toll. 8.) in possessorio summarissimo, 9.) in processu ex L. Diffamari, 10.) quando agitur de operis Magistratui seu nobilibus præstandis, 11.) quando agitur de obsequio parentibus & Magistratui præstando, 12.) in causa depositi, 13.) in concedenda restitutione in integrum, 14.) in causa pia, v. gr. Ecclesiarum, Academiarum, vel etiam universitatis, 15.) in causa fisci, 16.) in causa miserabilium personarum, 17.) in salariis & mercedibus, 18.) in causis mercatorum. vid. IAC. SCHULTES *obs.* 3. IOH. ZANG. *d. except.* p. I. c. 1.

*Aliquando
causa ordi-
naria
summarie
tractatur.*

III. Aliquando etiam iudex, ex certa ratione, causam alias ordinariam summariter tractat, vel etiam ipsæ partes litigantes inter se conveniunt, ut causa summariter expediat. CARPZ. *in proc. Tit. 2. a. 1. §. 5. n. 56. & seqq.*

TIT. XVIII.

DE


PROCESSU EXECUTIVO.

APHOR. I.

*Processus
executivus*

Processus executivus vocatur, quando, itidem absque solenni processu, de simplici ac plano

sum partium litigantium ordinariis quae
dog mutat in summarium; vid. Brem
in tr. de causis summaris. Differenti-
as vero, quas vulgo formant inter or-
dinarium et summarium, caute tra-
ctare oportet. Libellus enim sine imple-
tione constare debet suis partibus, pe-
tito et causa petendi: 2) Distincte
respondendum est ad libellum: 3) Arti-
culi quoque formant, *Sprünung* 6. Ar-
ticul. Plerumque tamen omittit citatio
ad videndum produci et iurare testes
et fatalia non exacte observant, unde
merito restringendus esset processus
summaris, prout demonstravit Mex-
kenius in diss. de ambagibus processu
summaris.



plano causa agitatur & ad ipsam statim executionem properatur.

II. Locum habet hic processus in chirographis ac instrumentis paratam executionem habentibus. vid. COLER. *integr. tr. de proc. dis instrum. execut.* quæ instrumenta etiam gaurentigiata appellantur, seu liquida & indubitata.

III. Modus procedendi ita se habet, ut actor judici causam breviter exponat & instrumento simul exhibito, recognitionem ejus ac paratam executionem petat. Reus citatus vel recognoscere, vel jurato diffiteri instrumentum debet. Facta recognitione, statim condemnatur reus; vel, si forte sit contumax, accusata contumacia iterum citatur sub pœna recogniti: denuo vero reo contumace, instrumentum habetur pro recognito ac itidem reus condemnatur. Sin vero jurato diffiteatur reus instrumentum, absolvitur. vid. uberius CARPZOV. *in Proc. Tit. 22. Dec. El. 12.*

IV. Admittuntur tamen etiam in hoc processu exceptiones peremptoriae, quæ sæpius reservantur post factam recognitionem; quæ tamen exceptiones in hoc processu non aliter admittuntur, quam si in continenti possint probari; alias nihilominus condemnatur reus & sententia executioni mandatur; exceptiones vero illiquida ad reconventionem remittuntur.

**quod tantum locum habet in documentis privatis, non vero publicis.*

Admittuntur exceptiones non nisi peremptoriae:

*ejusmodi
recensetur.*

V. Ejusmodi exceptio est 1.) solutionis, 2.) compensationis, 3.) usurariae pravitatis, 4.) simulationis, 5.) S^ci Macedoniani, 6.) excussionis seu ordinis, 7.) erroris calculi, 8.) non numeratae pecuniae, 9.) non secuti imple-
menti, seu non adimpleti contractus. Ac in genere istae exceptiones contra instrumentum liquidum opponi possunt, quae ex natura ipsius contractus dependent & in continenti demonstrari queunt. COLER, *d. tr. p. 4. c. 1. n. 48. seqq.* BERL. *p. I. concl. 84.*

Testes regulariter non admittuntur.

VI. Dicitur vero exceptio in continenti probata, quae fit per instrumenta, vel ex ipsius actoris confessione. Probatio vero per testes regulariter non admittitur; multo minus juramenti delatio: aliquando tamen ex aequitate & si judici ita singulariter visum fuerit, probatio per testes admittitur, ita ut intra terminum certum, nimir. Saxonicum in foro Saxon. examinentur testes atque ita tota probatio intra hunc terminum absolvatur, nec accedant ea, quae alias in processu ordinatio desiderantur. vid. CARPZOV. *d. tit. 22. art. 4. n. 26. & seqq.*

TIT. XIX.

DE


PROCESSV SECUNDÆ INSTANTIÆ,

APHOR. I.

Sententia impugnetur.

Judicium primae instantiae per sententiam finitum; si hæc vel illa pars litigans in illa non acquiescat; sequitur sententiae ab effectu
ri

VI. Probatio per testes. Quidquid iuris est
in actione, illud etiam in exceptione
ratione processus exsequutiui est obser-
uandum; Quum ergo libellus exsequu-
tius documentis liquidis sit probandus,
hinc nulla admittitur exceptio, nisi do-
cumentis probari possit, in terris ta-
men Magdeburgicis admittitur iuramenti
delatio; quod in Saxonia non admit-
titur. Praestituit autem terminus re-
cognitionis, aut per mandatum iniur-
gatur solutus, idque vel per mandatum
sine clausula, si adsit documentum
publicum, vel per mandatum cum
clausula, si actor pro se habeat prius-
tum instrumentum, v. g. chirographum.
In genere documentum quarentigian-
tum est scriptura, continens omnia
puncta ad condemnationem necessa-
ria, siue ut vulgo expriment, est ta-
te documentum, in quo continetur,
quid, quale, quantum, cur, a quo et
ex qua causa debeat; vid. Colog de Proc.
exsequutiuis



rei judicatæ suspensio vel oppugnatio. Nimir. *I. per remedium nullitatis, quo ob vitium seu defectum sententia dicitur ipso jure nulla.* *I. per remedium nullitatis.*
 vid. *tot. tit. D. qua sent. fin. appell. rescind.*
 Et *tot. tit. C. qu. provocat. non est nec.*

II. Nulla vero dicitur sententia 1.) ob defectum in personis judicium constituentibus, quando scil. iudex vel est incompetens, vel suspectus, vel etiam actor aut reus ejusve procurator est inhabilis; 2.) ob non servatum ordinem judicarium, 3.) ob defectum in ipsa sententia, ut si prolata sit manifesto errore contra jus; si ex falsis instrumentis; si contra rem judicatam.

III. Remedio nullitatis jure comm. non nisi 30. annis præscribitur: jure vero Saxon. intra term. Saxon. nullitas est proponenda. *Quo tempore hoc remedium proponendum.*
 vid. *CARPZ. in proc. tit. 19. art. 3. add. Ord. Cur. Prov. Ien. cap. 36.*

IV. Nullitatem proponere potest quilibet ratione sui gravaminis vel præjudici, adeo ut *Quis eo possit uti.*
 etiam tertius interveniens, qui ratione sui interesse quæstionem movet, merito audiendus fit; modo de suo interesse saltim summarie doceat, *GAIL. 1. obs. 70. MYNSING. 2. obs. 1.*

V. Est vero in arbitrio alicujus, velitne coram eodem iudice, qui nulliter judicasse dicitur, nullitatem deducere, an vero coram iudice superiore *Coram quo.*
GAIL. 1. Obs. 127. num. 7.
 Monent vero Practici, consultius esse nullita-

tem cum appellatione cumulare, quam simpliciter nullitatem deducere, SEBAST. VANTIUS *tr. de Nullit. tit. quot. & quibus mod. num. 31. BERL. p. 1. Concl. 61. n. 15.*

Effectus hujus remedi.

VI. Si nullitas in continente probari possit, per querelam nullitatis executio sententiæ differtur: sin vero longior desideretur causæ cognitio, haud impeditur executio, BERLICH. *d. loc. num. 11. CARPZOV. d. loc. art. 4.*

II. per leutationem.

VII. In foro Saxon. recepta quoque est leuteratio: quæ est interponenda intra 10. dies a momento publicatæ sententiæ; & inferitur leuterationi gravamen, quo quis sibi existimat injuriam factam in sententia. Interposita ita & suscepta leuteratione a iudice, intra terminum Saxon. citatio ad terminum certum, quo leuteratio prosequenda, est impetranda. Die isto præfixo leuterans iterum gravamina sua repetit & leuteratus respondet, & ita alternis vicibus concludunt. In arbitrio quoque est leuterati, an velit simpliciter ad acta priora se remittere. vid. CHRISTOPH. FRID. *in proc. cum not. Nic. tit. 101. & seqq.*

Processus contra contumaces.

VIII. Si fortè leuterans in termino prosecutionis non compareat, cum nec excusationem attulerit, nec dilationem impetraverit, leuteratio pro deserta habetur & leuterans in expensis ^{re tardate processus} condemnatur. Quod si vero leuteratus non comparuerit, leuterans ejus accusat

con-

cum appellatione cumulare. Si iudex pro-
nunciaverit contra ius in thesi; v. g.
si alienationem rerum pupillarum
sive decreto factam per sententiam ^{ap}pro-
baverit, adest nullitas ipso iure: Si
vero contra ius in hypothesei pronun-
ciauerit, v. g. si testes inhabiles admi-
serit, et reum condemnauerit, oritur gra-
uamen, atque tunc appellationi et re-
liquis remediis est locus. Consultus
tamen est, nullitates quoque sub nomine
grauaminum proponere remedia ordi-
naria ad captandam iudicis beneuo-
lentiam et ad evitandam poenam, que
dictari solet eum in casum, si nulli-
tas probari non possit.

J. IX. In territoriis Germaniae, ubi non
permittit appellatio ad Iudicia Imper-
rii, recepta est obreueratio, ita ut
quacumque in prima reuocatione secu-
ta sit confirmatoria sententia, semel
tamen adhuc reuocationem interpone-
re permittit, cum alias, secundum regu-
lam, reuocationis reuocatio non permi-
tat. Cessat vero hoc remedium, ubi pa-
tet via appellandi ad cameram vel
ad Iudicium Aulicum imperiale.
Remedia enim contra sententias praeter
necessitatem non sunt cumulanda.

J. X. XI. XXIII. In Saxonia sunt reuoca-
tiones talismodi remedia, quae coram
eodem iudice, qui pronunciauit senten-
tiam, tam Superiore quam inferiore
proponunt. In aliis vero territoriis sup-
plicationibus utuntur, v. g. in Ducatu Brun-
uicensi et in aliis prouinciis grauanata
per modum restitutionis in integrum,
vel reuisionis actorum exhibet, ubi di-
uersa quidem sunt fatalia: in eo ta-
men conveniunt haec remedia, quod
terminant ad prosecutionem siue ad de-

contumaciam, & alius terminus præfigitur, & in expensas hujus termini condemnatur leuteratus: si vero iterum non compareat, sententia super causâ fertur.

IX. In nonnullis curiis recepta quoque est ^{III. per superleuterationem.} superleuteratio seu oberleuteratio. Si nimirum sententia prima in leuterationis instantia sit confirmata, vel etiam illi quid adjectum, tunc idem, qui leuterationem proposuit, etiam oberleuterationem adducit cum gravaminibus suis, & eodem modo proceditur, quo in leuteratione, vid. CARPZ. *in proc. Tit. 17. art. 1.*

X. In aliis terris adhibetur remedium supplicationis, quod itid. intra 10. dies est adhibendum: & dicitur supplicatio, quando ipsi ^{IV. per supplicationem.} iudici, qui sententiam tulit, preces offerunt, quibus petitur, ut propter gravamina, quæ afferuntur, sententia prior retractetur & corrigatur. add. R. A. zu Speyer de anno 1600. §. es soll aber den Untertanen. BERL. p. 1. concl. 60.

XI. Referri etiam huc potest restitutio in ^{V. per restitutionem in integrum.} integrum, qua non solum minores, it. civitates & universitates, utuntur contra sententiam, qua læsi sunt, (qua de re sup.) sed & nonnullis in locis receptum est, ut occasione generalis clausulæ, quæ habetur l. 1. §. 1. *in f. ex quib. caus. maj. 25. ann.* in genere contra quamvis sententiam, qua quis læsum se dicit, instat alius remedii suspensivi, coram eodem iudice

judice adhibeatur remedium restitutionis in integrum.

*VI per ap-
pellatio-
nem.*

*L. 49. ff. t. 1.
de appellat.
& relation.*

*Quibus in
caussis hæc
admittatur.*

XII. Hæc remedia, ut diximus, coram eodem sæpius giudice, de cujus sententia con- querimur, proponuntur. Sequitur appella- tio, quæ est actus, quo inferioris judicis sen- tentia, aliudve factum, iniquitatis arguitur ac superioris decisioni causa legitime com- mittitur. *l. 1. pr. de appell.*

XIII. Admittitur regulariter appellatio in omnibus causis, civilibus & criminalibus, se- cundum jus civile; hodie tamen in criminali- bus non admittitur. Præterea excipiuntur certi casus, nimir. 1.) quod non liceat appel- lare a sententia in possessorio summarissimo, 2.) in causis moram non ferentibus, ut ali- mentorum, it. refectionis ædificiorum, 3.) non licet appellare ab executione.

Ejus forma.

*L. 49. ff. t. 3.
quis, a quo
appell.*

XIV. Forma appellationis consistit in legi- timo ordine, modo & tempore. Ordo justus est, si gradatim ab inferiore ad superiorem fiat. Modus appellationis in eo consistit, quod vel fiat judicialiter, h. e. iudex superior adea- tur & ipsi appellatio offeratur, cum petitione, ut judici a quo insinuetur, & apostoli, ut vo- cant, reverentiales petantur; vel etiam co- ram notario & testibus, ita ut instrumentum, super appellatione confectum, judici a quo offeratur. *CARPZOV. in proc. tit. 18. n. 1. &*

*L. 49 ff. t. 4.
quando ap-
pelland. sit*

seqq. Tempus denique appellationis seu fa- talia observanda sunt triplicia: 1.) appella- tionis

*n. q. Quædam Collegia Juridica
in hoc casu adhuc admit-
tunt appellationem.*

Ducenda gravamina sibi praefigendus; -
et tunc sequitur sententia vel reforma-
toria vel declaratoria vel confirmato-
ria; vid. Macuig Parte V. dec. 205.

§. XIII. Duplex est effectus appellationis,
suspendens et devolutivus. Appellatio-
nes ergo contra executionem gaudent
quidem effectu devolutivo; sed rursus
diriguntur ad Superiorem. In-
de tamen inferior non obstante ap-
pellatione procedere potest in causa,
atque cautetate loco notandum est, quod
coram Iudice superiore petendum sit,
ut reiectioni appellationis adiciatur
tunc verba: *kein Prozess appellati-
on sit voran zu bestehen, insonderlich
ob adiciatur poena arbitraria unquam
Missbräuchlich. Ist. Inilfamen beneficii
appellationis Appellanten in Pro-
zess zu verfahren.*

I. XV. Refutatorii Apostoli sunt rela-
tiones ad Superiorem faciendae pro-
pter appellationem interpositam cum
refutatione gravaminum singulorum,
quatenus neq in iure neq in facto sunt fun-
data; quod Germanis dicitur in Dra-
vult; et incumbit iudici inferiori
ut refutatorios exhibeat ad facilita-
dam decisionem Iudicis Superioris.
Et solent alio die reverentiales rescri-
bitur, ut in Dra, ut in Dra gravamina un-
rescribitur sine. Notandum est, quod
ad redimendos Apostolos praestitui
solet terminus appellandi zum Obli.
sine Dra Dra, quem observare
oportet sub poena desertionis.

tionis interponendæ, 2.) introducendæ, 3.) & intra
justificandæ seu prosequendæ. quæ temp.

XV. Primum quod attinet, tempus scilicet *Fatale ap-*
interponendæ, intra 10. dies interponenda *pellationis*
venit, computandos a die latæ sententiæ; mo- *interpo-*
do quis ejusve procurator sciverit vel scire de- *nendæ;*
buerit, eam esse pronunciatam: & currit hoc
tempus de momento ad momentum. Appel- *item peten-*
latione ita legitime interposita, apostolos in- *di aposto-*
tra 30. dies, appellans petere tenetur. *Clem. los:*
quamvis. 2. de appell. l. un. ff. de libell. dim. L. 49. ff. t. 6.
Dat vero iudex a quo vel apostolos reveren- *de libell.*
tiales, si nim. defert appellationi; vel refuta- *apost. dic.*
torios, quando appellationi non defert.

XVI. Tempus introducendæ appellationis, *introducen-*
coram iudice ad quem, jure comm. defini- *dæ.*
tum quidem non est, sed arbitrio iudicis a quo
committitur & præfigitur. In Camer. Imper.
statutum est spatium semestre: in foro Saxon.
præfixum est tempus unius mensis, computan-
di a die, quo dati sunt apostoli. Licet vero
iudex a quo det refutatorios apostolos, nihilo-
minus iudex superior potest deferre appella-
tioni.

XVII. Rite vero apud superiorem iudicem *Introductio*
introducenda est appellatio, exhibitis aposto- *appellatio-*
lis per supplicationem pro citatione, inhibi- *nis.*
tione & compulsorialibus: ut nimirum pars
adversa citetur ad appellationis processum sus-
cipiendum & iudici a quo inhibeat, ne quid
ulterius in causa attentet, & compellatur, ut
acta prioris instantiæ edat. XVIII.

*Fatale ju-
stificandæ.*

XVIII. Tertium fatale, appellationis scilicet justificandæ, est spatium unius anni, vel, si iustis ex causis appellans impediatur, biennii; nisi secundum ordinationes judiciorum vel a iudice brevior terminus sit statutus. Intra istum terminum justificanda est appellatio per deductionem gravaminum.

*Modus pro-
cedendi.*

XIX. Proceditur autem in appellationis instantia eodem modo, quo in priori; & denuo causa agitur, & quæ in priori instantia prætermissa, in hac proponuntur. Novis itaque exceptionibus peremptoriis, ante forte omissis, it. novis probationibus uti potest appellans: non tamen alios testes super iisdem vel contrariis articulis producere licet.

*Effectus ap-
pellationis.*

XX. Effectus appellationis legitime interpositæ est, quod per appellationem devolvatur causa ad superiorem & sententia, ab inferiore lata, suspendatur, ut executioni dari nequeat. Quod si igitur pendente appellatione attentatum innovatumque quid fuerit, super attentatis imploratur iudex ad quem, ut illa in pristinum restituat, vide LANCELLOT. *in tr. de attentatis.*

*Quis exe-
quatur sen-
tentiam.*

XXI. Discussa porro appellationis causa, iudex superior priorem sententiam aut confirmat; & tunc remittitur causa & executio ad priorem iudicem: aut corrigit; & tunc ipse iudex superior sententiam suam exequitur. add. CARPZ. *tit. 18. art. 6.*

XXII.

J. XIX. Novis exceptionibus. Regula est
practicorum: nondum probata proba-
bo et nondum deducta deducam,
quod fundatum est in L. 4. Cod. de
tempor. appellationis. Jure commu-
ni ergo permittit in instantia appel-
lationis nova producere documen-
ta et novas probationes in supple-
mentum aducere, quod hodie non
ubiq. permittit, quia probatio adtri-
cta est ad terminum probatorium
primae instantiae; vid. Brunne-
mann in Processu Civilis k. t.

J. 1. Exsecutio est actus mixti imperii, apud Germanos in Gultu, siue extrinsecum quod est in iurisdictione. Iurisdictionis enim consistit in iure cognoscendi, decidendi et exsequendi. Hodie omnes magistratus, etiam inferiores saltem habentes iurisdictionem gaudent iure cognoscendi et exsecutio.

XXII. Quodsi debito modo appellatio non fuerit justificata, uti loquuntur, appellatus accusat appellantis contumaciam; & tunc appellatio pro deserta habetur & appellans in expensis, ^{retardate processus} condemnatur. *Processus contra contumaces.*

XXIII. Denique remedium quoque suspensivum est revisio actorum, in Camera receptum, quæ est remedium extraordinarium, quo iis, qui sententia Camerali se læsos conqueruntur, ex quadam benignitate per commissarios Imperatoris & Statuum Imperii ad id deputatos, succurritur, quibus alio beneficio succurri amplius non poterat. vid. *Cammer-Gerichts-Ordn. part. 3. tit. 51. & 53.* BENDER. *tr. de revis.* GAIL. I. *obs.* 154. 155. *VII. per revisionem actorum.*

XXIV. Ex dictis patet, quod & advocatus & iudex ad duo debeant attendere in remediis ejusmodi suspensivis, nimir. ad formalia & materialia. Formalia vocantur observationes fatalium; materialia dicuntur ipsa gravamina. *Formalia & materialia in remediis suspensivis attendenda.*

TIT. XX.

DE

EXECUTIONE SENTENTIÆ.

APHOR. I.

Quodsi sententia vel in prima, vel in secunda instantia transferit in rem judicatam & victus sponte non præstet, quod sententia exigit, succedit rei judicatæ executio: quæ est actus, quo per Magistratum id, quod per *Executio rei judicatæ.* senten-

sententiam pronunciatum est, victori præstatur. vid. *tot. tit. C. de exec. rei iud.*

Forma executionis.

II. Forma & processus executionis consistit in legitimo modo & tempore. Modus est, ut, si quidem species aliqua, v. gr. fundus vel ædes, sit restituenda, in isto corpore ipsa executio fieri debeat: *l. 68. de R. V.* si vero debiti solutio, vel æstimatio, aut interesse præstandum sit, juxta ordinem in *l. 15. §. 2. de re jud.* procedendum est, ut videlicet I.) executor res victi seu condemnati pignori capiat, initio facto in rebus mobilibus: quod si mobilia deficiant, aut debitis non sufficiant, ad res immobiles proceditur: quibus iterum non extantibus, postremo ad jura & nomina condemnati pervenitur. vid. BERLICH. *p. 1. concl. 81. n. 44. § 59. CARPZOV. tit. 25. art. 2.*

In rebus oppignoratis electio est creditoris. Subhastatio.

III. Cæterum si bona quædam sint oppignorata creditori, in ea secundum electionem creditoris fit executio. add. CARPZOV, *d. loc. art. 2. n. 1. § seqq.*

IV. Rebus modo prædicto captis & occupatis, sequitur subhastatio, cujus processum perspicue & late exponit CARPZOV, *d. tit. 25. art. 4.*

Res executioni exemptæ.

V. Excipiuntur tamen quædam res, quæ huic executioni non subjacent; quales sunt vestes & suppellectilia, ad quotidianum usum destinata, it. res & instrumenta ad artificium vel opificium debitoris, vel etiam agriculturam pertinentia. +

TIT.

* In lege allegata b. dicitur: Executio fieri debet manu militari, i. e. Jure Jia Grout. Profnan.

+ Fieri tamen potest in subsidium; cons. Lib. III. Tit. XIV. § 8. ubi in Annotat. agit de benefic. competent.

ne, ut satisfiat sententiae, quae trans-
iit in rem indicatam et antecedit acto-
ris petitio, Kläger fällt von ihm Exe-
cution, et iudex per praeceptum exe-
cutivum de cernit exsequationem, bin-
nen 14 Tagen oder A. W. oder Kläger
Klagloß zu stellen, oder in Vorwissen-
nung. Soll der Güter in sein gro-
ßes Vermögen gerichtlich zu folgen.

§. IV. In rebus mobilibus vel pignori-
bus procedit ad auctionem, in immo-
bilibus post immisionem creditoris
ad subhastationem i. e. publicandam
venditionem procedit, ubi opus est
1) programme subhastationis, 2) o-
mnino. Patent angriffsgau 2) una
altera vice provocantem tores Jun-
instanz. Rubrikten 3) Si in termino
praestituto nemo amplius veniat, plus
licitanti fit ad iudicatio; vid. Philippi
in tr. de subhast. Cap. vlt.

§. III. Inquisitio generalis versatur circa certitudinem corporis delicti, an scilicet vera commissum sit, v. g. si cadaver hominis sit inventum, ante omnia indagandum est, an violentia sit adhibita. Testes et omnia media probandi sunt adhibenda, usque dum appareat, unam personam plus gravatam esse suspicionibus quam reliquas omnes, atque hoc est initium specialis inquisitionis, et locus est incarcerationi, quam postea sequitur in Summa ipsa Vernehmung, et sub Vernehmung manu libro de inquisitione. Thotical confrontatio testium p. p.

LIB. XXI.

DE

PROCESSV CRIMINALI.

APHOR. I.

Duobus modis in criminalibus procedi-
 tur, 1.) per accusationem, 2.) per inquisitio-
 nem. In accusatione eodem modo procedi-
 tur in criminalibus, quo in processu ordinario
 in civilibus; nisi quod in illis confessio ali-
 quando per torturam a reo extorqueatur: de
 qua inferius.

*Processus
 criminalis
 per accusa-
 tionem:
 L. 48. ff. t. 2.
 de accusat.
 & inferi-
 ption.*

II. Inquisitio est legitima iudicis, ex offi-
 cio procedentis, super delicto, ad ipsum per
 certum denunciatores, vel ex fama communi
 delato, indagatio.

*per inqui-
 sitionem:*

III. Distingui solet inquisitio in generalem
 & specialem. Generalem vocant, quæ insti-
 tuitur ad id, ut sciatur, an delictum vere sit
 commissum & a quo: specialis vero institui-
 tur adversus certam personam ob delictum, de
 quo, quod commissum sit, & quod ista per-
 sona sit suspecta, ex generali inquisitione
 apparet.

*quæ vel
 generalis,
 vel specia-
 lis.*

IV. Regulariter inquisitio locum habet in
 omnibus delictis, exceptis levioribus, v. gr.
 injuriis verbalibus: nisi injuriæ sint atroces,
 nisi in

*In quibus
 delictis lo-
 cum ha-
 beat.*

M m & in

& in Magistratum, vel aliam personam in dignitate singulari constitutam sint commissæ
 CARPZOV. *in pr. Crim. q. 107. num. 23. & seqq.*

*Cautè hæc
 suscipien-
 da.*

V. Circa personas, contra quas inquiritur, sciendum, quod cautius procedendum sit, & non ita facile, specialis cumprimis inquisitio suscipienda contra personas bonæ famæ, vel in dignitate constitutas; quia scilicet contra has non ita præsumitur, uti contra personas viliores.

*Pertinet ad
 inquisitio-
 nem captu-
 ra & in-
 carceratio
 rei.
 L 48. ff. t. 3.
 de custod.
 & exhibi-
 tione reo-
 rum.*


*Examen
 inquisiti.*

VI. Pertinet ad specialem inquisitionem captura & incarceration rei, quæ decernitur in delictis, quorum pœna est ultimum supplicium aut corporis afflictiva, vel si delinquens sit vagabundus, aut de pœna certa irroganda nondum constet: sufficiunt autem indicia probabilia vid. CARPZOV. *in pr. Crim. p. 3. q. 110.*

VII Sequitur porro examen rei seu inquisiti, quod fieri debet super certis articulis inquisitionalibus, qui concipiuntur ex testium summaria depositione, ita, ut singuli articuli unum tantum punctum contineant, unicamque circumstantiam.

Certus esse

VIII. Sollicitus quoque debet esse iudex de
 cor-



de lethaliitate vulneris. Inspecio et vi-
sitatio cadaueris pertinet ad inquisiti-
onem generalem et fieri debet praesente
Iudice et scabinis; 2) a Medicis et
chirurgis iuratis, qui qualitatem vul-
neris ad acta indicare debent, et re-
gistratura de super conficitur. 3) Vul-
neris renuntiatio, In medicina pro
Lorvult, exhibenda est ad acta; vid.
Bohnus in tr de renunciat. vulneri
Quos si una vel altera circumstantia
sit neglecta, defensori nascitur occa-
sio excipiendi, et locus saltem est
poenae extraordinariae.

corpore delicti, ut vocant, indagando, h. e. ^{debet iu-} de veritate criminis commissi; de hac enim si ^{dex corpo-} liquido, & certo non constet, non facile tor- ^{ris delicti.} tura, multo minus pœna aliqua capitalis infligitur. De hoc autem corpore delicti, vel ita constare potest, ut in oculos quasi incurrat; ut in homicidio, infanticidio, parricidio, furto, falsa moneta &c. ubi singulariter de homicidio notandum, quod constare debeat de lethali- tate vulneris, ad pœnam scilicet ordinariam infligendam. vid. *Ordin. Crimin. art. 147.*: Vel in delictis transeuntibus, ex certis & indubitatis indiciis; ut in crimine adulterii, veneficii &c. add. *CARPZOV. d. q. 108. n. 8. & seqq.*

IX. Negante reo delictum, testes, qui *Confrontant* antea summariter fuere examinati, vel etiam *tatio*. qui, si res ita exegerit, ulterius examinantur, confrontantur cum reo. vid. *TABOR. integ. tr. de confront.*

X. Si nec per confrontationem reus ad *Iurata te-* confessionem possit adigi, testes super certis *stium exa-* articulis summarie, & jurato examinantur, & *minatio-* omnia fideliter consignantur. Nonnullibi tamen receptum est, ut confrontatio fiat demum post juratam depositionem testium.

XI. His ita peractis, si reus petat, ut ad defensionem admittatur, ipsi hæc conceden-

*1) *Et hoc dicit defensio pro
auertenda inquisitione*

da est, inque eum finem acta, in loco iudicii, & praesentia personarum ad iudicium pertinentium, ipsi, ejusve advocato ac defensori legenda exhibentur, ut inde excerpere possit, quae ipsi necessaria videbuntur. vid. CARPZOV. d. p. 3. q. 115. Imo ipse iudex, an inculpatus innocentiam forte deducere possit, sollicitus esse debet. vid. P. H. O. art. 47.

*Salvus con-
ductus vel*

*Generalis
vel*

Specialis.

XII. Aliquando salvus conductus reo conceditur, si nimir. reus sit absens, & apprehendi non potuerit. Distinguitur autem salvus conductus in generalem & specialem. Generalis dicitur, quando iudex absque praestita cautione reo citato tribuit securitatem ad ^{scil. de in iudicio siti} iudicium veniendi & inde recedendi. Specialis salvus conductus dicitur, quando citato, praestita ab ipso cautione, plena datur securitas sub publico sigillo iudicii, ut per totum tempus litis durantis liceat ipsi in loco iudicii commorari, usque dum vel absolutio, vel tortura, aut poena decreta fuerit. vid. lat. CARPZOV. q. 112. d. p. 3.

*Transmis-
sio acto-
rum.*

XIII. Si reus defensionem absolverit & testes etiam, quos forte pro innocentia sua produxerit, examinati fuerint, acta ad collegium iudicum transmittuntur, ubi indicia & praesumptiones diligenter examinantur, & an pra-

§. XII. Saluus conductus est scriptura
publica contra carcerem securum red-
dens inquisitum. Est vel generatis,
qui inest omnibus citationibus, nunc
long non u. nouel d. x. termin, in g. h. f.
in termino s. l. b. s. f. r. y. z. u. s. r. g. n., quod
nullig est usus propter periculum lit-
terarum arresti. Specialis vero saluus
conductus praestat libertatem venien-
di propter cautionem de iudicio fieri
per fideiussores vel paratam pecuniam
praestitam; quod facile impetrat, si in-
quisitus in fuga constitutus; in fuga
difficiliter vero oblinet, si iam in car-
cere haereat, praesertim in delictis
capitalibus; vid. Menskenig ad Proces-
s. d. f. 2. §. 16.

§. XIII. Tortura est medium eliciendi ve-
ritatem per cruciatum corporis, ita
tamen

ne sanitati et vitae inferat damnum,
et procedit sententia a ictis petenda,
et 1) procedit per territionem verbalem,
daß nu dem Disarrestu zu übergeben,
der ihm die zur Sicherheit gehörigen
instrumenta Holzgen solle, jedwischen
in angeregten Worten solle, 2) ter-
ritio realis sine der Anwesenheit mit der
Vorw. Duden, scil. in Saxonia. Jure
communi vero von dem Duden. Duden,
it. das Holzgen der Disarrestu oder der
Dande: Secundus gradus consistit in
dem Duden auf die Holzgen nach der
Anwesenheit der Disarrestu Disarrestu: Super-
addit alicubi der Disarrestu Holzgen, vom
nach der Mütze 3) Tertius gradus fit
iniciendo ignem in nudum corpus, ap-
plicando cuneolos sulphureos: Atq. sic
variant omnino consuetudines locorū.
Confessio vero fit remisio tormentis et
confessio ipsa ^{dicatur} die Ufr. Gult: atq. post
triduum sequit ratificatio der Ufr. Gult:
derivat von dem Duden Wort ist an,
das ist Holzgen, brühten, über den
brühten ^{ist} Holzgen.

præsumptiones sint elisæ in rei defensione, nec ne, prudenter æstimator. Et, prout res exegerit, reus vel absolvitur; vel iuramentum purgationis ipsi imponitur; vel territio s. verbalis seu realis, vel etiam ipsa tortura secundum indiciorum qualitatem vel levis, vel media vel summa adjudicatur: qua de re pluribus legas & consulas CARPZOV. *d. p. 3. qu. 117. § seqq.* *Adiudicatur aliquando iuramentum purgationis: aliquando tortura. L. 48. ff. t. 18. de quaest.*

XIV. Quodsi reus mediante territione, vel tortura confessus fuerit delictum, altero vel tertio die in loco iudicii, coram iudice, & scabinis, & actuario iudicii, rursus interrogandus est super confessione, ac si ratificet confessionem in tortura vel territione factam, pœna delicto conveniens dicitur. *Ord. Crim. art. 56.* *Confessione rei post torturam repetitam insequitur pœna.*

XV. Quodsi vero tunc revocaverit confessionem, vel licet tunc iterum quoque repetierit, sed proxime ante executionem pœnæ revocaverit, tortura repetitur secunda vice pro arbitrio iudicis; nisi scil. revocationis probabiles afferantur causæ. *Quid agendum revocata confessione;*

XVI. Quodsi jam iterum in secunda tortura confessus fuerit delictum, sed iterum revocaverit, tertia solet decerni tortura, & si post torturam ratificet confessionem, solet adhiberi notarius cum testibus, ut confessio-

nem ex ore ipsius inquisiti audiant, & notarius consignet ac instrumentum conficiat: modo hoc observato, licet ante executionem sententiæ confessionem sponte post torturam repetitam revocaverit, nihilominus pœna executioni mandatur. *v. d. p. 3. qu. 126.* Præsupponendum tamen hic est, ob urgentes præsumptiones, ac singularia indicia torturam initio decretam & repetitam fuisse.

Quod si quis non ratificet confessionem.

XVII. Quod si vero semper etiam tertia tortura adhibita, non ratificavit postea confessionem, pœna ordinaria mortis non dicitur, sed pro ratione circumstantiarum pœna aliqua extraordinaria infligitur. *Hodie plerumq. condemnantur ad carcerem perpetuum.*

persistens in negando absolvitur, vel extraordinarie punitur.

XVIII. Sin autem reus in tortura, seu prima, seu secunda, seu tertia in negando persistat, & ita indicia & præsumptiones, mediante territione & tortura decreta, purget & innocentiam suam confirmet, absolvitur, & aliquando in impensas processus condemnatur, aliquando etiam, cum primis in crimine veneficii, si indicia valde fuerint urgentia, & tamen persistit in negando reus, nihilominus relegatio, vel abitio ex territorio, & loco decernitur.

Processus contra ab-

XIX. Denique addendum, quomodo contra absentem & fugitivum sit procedendum: & qui-

J. XVIII. Per torturam eliduntur indicia
et absoluendus est inquisitus in causa prin-
cipali. Si tamen causam dederit inqui-
sitioni, nihilominus expensas crimina-
les solvere tenet, prout etiam iuris est
si per purgatorium liberatus sit inquisitus
imo in multis territoriis simpliciter
si quis per purgatorium sit liberatus,
expensas processus ferre tenet, v. g.
in Saxonia Electorali.

J. XIX-XXI. Processus contra absen-
tes in delictis capitalibus et poenam
corporis afflictivam merentibus est
1) processus per litteras arrestatorias

In hoc Ordine. Insuper, in quibus accurata
fit descriptio inquisiti quoad personam
et externum corporis habitum: 2) Per
edictalem citationem procedit, donec
res sub poena confessi et convicti vult
sua obsequia inquisitionali. Arti-
culum vult vult vult: atq; tunc pro-
cedit ad processum banni, et post annum
declarat in bannum superig, quod opo-
rat 1) exclusionem ex territorio, 2) in-
famiam, 3) confiscationem bonorum;
vid: Sord. Dign. Lib. 1. Art. 38. Unde
cautela Iudicii est commendanda,
ne derelinquat processum, praeser-
tim si inquisitus polleat patrimo-
nio, sed post edictalem citationem
prosequatur inquisitionem usq; ad vlti-
mum banni punctum.

& quidem omnia media^t tentanda sunt, ut deprehendatur. & in carcerem detrudatur. Si vero deprehendi nequeat, differentia est observanda inter crimina & delicta: si enim crimen, seu delictum non aliam, quam carceris seu relegationis mereatur poenam, tunc vel multa dicitur, & in ejus bona fit executio; vel etiam relegatio contra absentem executioni mandari potest, præcedentibus tribus citationibus.

XX. Sin autem delictum sit gravius; quod mortis poenam, vel saltem fustigationis mereatur, tunc jure commun. bona rei fugitivi annotari solent, non eo fine, ut confiscentur, sed ideo, ne quid ex bonis ad fugitivum transferatur, unde se sustentare possit. *P. H. O. art. 206.* Denique reus citatur edictaliter in tribus territoriis, & quidem ternis vicibus, adjecta in ultima citatione comminatione, & si reus sit contumax, & non compareat, singulis terminis a fiscali contumacia accusatur. Quod si ita citatus reus non compareat, habetur pro convicto, & condemnatur; si quidem crimen mortis poenam mereatur; quod mortis poena dignus sit, (*wird in die Mord-Acht erklæret.*) add. Exercit. nostr. ad D. XLIX. *thes. 97.*

XXI. Iure vero Saxon processus banni contra absentem instituitur: ita nimir. ut fiscalis

M m 4

Processus banni Saxonicus.

+ v. g. Paul. Sumpf. n. 17.
zu p. 17.

sentem ac fugitivum. L. 48. ff. t. 17. de requisitis reis vel absent. damnandis.

In delictis gravioribus.

lis constituatur, qui libellum accusatorium in iudicio proponit, & processum banni institui petit; citatur deinde reus in tribus territoriiis edictaliter. Si non compareat, accusatur ejus contumacia a fiscali, & ad Collegium Iuridicum acta transmittuntur, ubi sententia dicitur: ut iterum sub pœna contumaciæ reus citetur. Eo iterum non comparente, iterum contumacia ejus accusatur, ac rursus a Collegio juridico sententia fertur: ut tertia vice, *bey Straff Ungehorsams bis auff Ehebassfen*, citetur. Quod si non compareat, contumacia ejus accusata, a Collegio juridico bannum decernitur. Si postea intra annum nullam excusationem attulerit, & a banno se non liberaverit, iterum convenientibus modis citatur, & eo non comparente bannum superius, *die Ober Acht*, decernitur, cujus effectus in plurimis locis est, ut bona confiscentur. vid. CARPZOV. *d. p. 3. qu. 140.* RICHTER *tract. de suc. ab intest. sect. 5.*

n. 88. & seqq.

S. D. G.